LEONIS ALLATII
APES VRBANAE,
ſiue
DE VIRIS ILLVSTRIBVS,
Qui ab Anno MDCXXX. per totum MDCXXXII.
Romæ adſuerunt, ac Typis aliquid euulgarunt.



ROMÆ,
Excudebat Ludouicus Grignanus MDCXXXIII.
SVPERIORVM PERMISSV.

Google

2

(1)

EMINENTISSIMO PRINCIPI
ANTONIO
BARBERINO,
S. R. E. CARDINALI,
Ac Legato Auenionenſi,
VRBANI VIII. FRATRIS F.

Leo Allatius F.

COMMVNI omnium ſuffragio, Princeps Eminentiſſime, comprobatum eſt illud, *Honos alit artes*. Literæ, & Virtutes, ſi quando aliàs, nunc maximè in Vrbe copioſiſſimè florent. En, in miſerrima Italiæ calamitate, dum peſtis, bellumq; omnia infeſtat, nec congredi homini cum homine licet, dum potiſsima Europæ pars edictis ſeuerisſimis Roma excluditur, ſoliq; inter nos, amotis aduenis, exercemur,

Digitized by Google

quanta Literatorum ſeges, quot virtutis, & doctrinæ amantes Viri, monumentis editis, in proſpectum hominum producuntur! Qui id fieri potuiſſet, ſi ſtudia, virtutesq; negligerentur, & non exciperentur præmijs, & honoribus cumulatiſſimè? Nihil hic clauſum, quod ingenia exornare poſſit, experimur; nihil non obuium, quod Vrbis æternæ, & Reipublicæ Literariæ decus augere valeat. Etiam non poſcentibus, ſi in rem eorum ſore cognoſcuntur, latentes reſerantur Antiquitatis theſauri. Et quamquam eruditio, quæ in omnium ſcriptis nuſquam non nitet, huius rei argumento eſt; impulit me tamen Romanæ dignitatis amor, vt Scriptores, qui ampliſſimum hoc Orbis Lyceum, vel paucis ab hinc annis, frequentarunt, recenſitos colligerem, eosq; ſua virtute claros, veſtigator ipſe Tibi, atque optimis quibuſque vnà conſpiciendos darem: adeòque me non Poëtarum more fingere iſta ad blandiendum, meus hic Liber oppidò commonſtrabit. Apes Viri ijdem ſunt circà Imperatorium illum Apum Trigonum, mira obedientia, conglobatæ: Regem ſummum, maieſtate, non aculeo armatum, cingunt, ac protegunt; aſſiduiq; cuſtodes inuigilant; & alius alij incumbens operi, mella ſapientiæ conficiunt: quibus ille poſteà, pro dignitate, & merito, munia,

nia, ac munera impartitur. Animantur ergo præmijs, ſtimulantur hortationibus, &,mercede honorificè propoſita, neque laborem recuſant, aut vigilias, neque ſæuientis temporis iniurias timent. Eorum ego Opera ſubactæ virtutis, & eruditionis dum in lucem profero, ſummi quoque Pontificis VRBANI VIII. gloriam, ac perpetuos honores me referre profiteor; cuius ductu, atque auſpicijs ipſa ſe prodit temporum noſtrorum inuſitata, atque admiranda felicitas. Odit enim ipſe profanum vulgus, & nonniſi vera ſapientia, ſolidaq; virtute præditos amplectitur; vrbanos ab inurbanis, quos ipſe apprimè nouit, diſcriminat; & occulta, ac ſubdola fingendis virtutibus ingenia ſapienti iudicio,& ęquis ponderibus examinata, ſi minus habuerint, & in partem alteram, mota, lances turbauerint, excutit: quin & regio Apum more,

Ignauum fucos pecus à præſepibus arcet.

Atque hòc eſt Libelli mei inſtitutum, Eminentiſſime Princeps, hic ſcopus. Si virtutis præmia ſunt; ſi concluſi exeruntur, quibus res Literaria iuuari poſſit, Antiquitatis theſauri;ſi humanitatem Principis ingenuæ Artes, honoribus, ac commodis auctæ, teſtantur; ſapienti conſilio cenſe,cauſeq;meæ tua auctoritate pondus adde; vt, ſi qui ſunt Romani nominis oſores, diſcant,

in ea Viros doctos fateri, & Principem eos fouentem, ac ſubleuantem venerari: Teq; Literatorum vindicem, & bonarum artium propagatorem maximum agnoſcentes, ſi quid ſe in literis pollere non falsò, quod arbitror, ſpondent, deſinant optimè meritam Vrbem inclementer inceſſere, atque à tua potiùs humanitate velint æquos ſibi honores, ac præmia polliceri. Vale.

Digitized by Google

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiſs. P. Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici.

A. Torniellus Viceſg.

EGO Doctor Nicolaus Pilo, Decanus Eccleſiæ Primatialis Turritanæ, Promotor, & Examinator in Vniuerſitate Turritana; ex commiſsione Reuerendiſsimi P. Fr. Nicolai Riccardij Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtri perlegi Librum D. LEONIS ALLATII, qui inſcribitur, APES VRBANÆ, ſeù DE VIRIS ILLVSTRIBVS; & in eo nihil reperi, quod fidei, aut bonis moribus ſit diſſonum, cuius ope tot præclari Viri, ab obliuione vindicati, immortalitati donantur. Opus profectò ingenioſum, & elegans, laboris, atque acuminis plenum: ideòq; dignum iudico, quod Typis mandetur. Datum Romæ die 13. Februarij 1633.

Doctor Nicolaus Pilo, Decanus Turritanus.

A4

Imprimatur,

Fr. Antoninus Cellius Mag. Socius Reuerendiſs. P. Fr. Nicolai Riccardij Ord. Præd. Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtri.

Errata Corrige

Pag.	Verſ.	Errata	Corrige
104	31	Piſaurienſis	Piſtorienſis
	37	ſe vidiſſe	delenda
114	32	*diſcurs*	*diſcours*
	34	*de Hiſtoire*	*de l'Hiſtoire*
115	6	*Perſonnagos*	*perſonnages*
	13	*preſenteè*	*preſentè*
	28	*huius*	*cuius*
116	8	*natura*	*natura*
	8	*applauſo*	*applauſu*
	20	Commentaria	Commentarij
	27	Iacobus Caſsilius	Ianus Cæcilius
	28	Patorius	Patinus
140	1	*du Meſiul*	*du Meſnil*
141	12	*Poeſes*	*Poëtas*
	2	*de*	*Domino, vel D.*
	27	*Gallatorio*	*Grallatorio*
145	26	clarior	clarius
	26	diſputendas	diſputandas
146	8	Nicolaus Heliottus	Alius Iuuenis
	10	pagina 3.	pag. 111.
	13	Mechanicorum	Mechanicarum
157	19	Hypololimæo	Hypobolimæo
167	7	Orationum	Orationem
171	16	*tam*	*quam*
173	8	*buuina*	*buccina*
190	4	*viridi*	*Viridis*
197	12	*alÿs*	*alij*
	18	*luderit*	*luderet*
203	24	*proferet*	*proferret*
235	7	*Relique*	*Replique*
247	14	Antonium.	Franciſcum
250	25	*diuturnarum*	*diurnarum*
252	6	*Quod*	*Quo*
	10	*ſuccedunt*	*ſuccendunt*

Digitized by Google

AVCTORIS DE OPERE CONSILIVM.

VRBEM Romam, Imperij non modò dignitate, & diuina ſanctionum auctoritate reliquarum facilè Principem, ſed Literatorum etiam Officinam extitiſſe, in quã veluti in ſecurum Aſylum, & Parentis Sanctiſſimæ gremium, exules illi, ac vagi confugerent; in ſermone ſemper, atque ore omnium fuit. Illa enim eruditiſſimis hominibus, diù redundauit, &, veluti quoddam Copiæ cornu, quidquid voluere innumeræ hominum, nimiæq; cupiditates, in omni ſtudiorum genere, profuſè donauit. Nunc verò, ſi vſquam aliàs, liberaliſſima ingenia, quæ non ſolùm æuo recẽtiori, ſed vetuſtati etiam ipſi lumen addunt, ſuppeditat, alit, & gloriȩ ſtimulis, ac prȩmiorum illecebris in immẽſum extollit. Hæc per ſe adeò perſpecta, ac cognita ſunt, non ipſi tantùm Italiæ, ſed Europæ vniuerſæ, ac toti penè terrarum Orbi, qui præclaris, ac numeroſis Academiæ Romanæ fœtibus melior in dies, ac cultior euadit; vt, quemadmodum Zeno motum è rerum natura ſuſtulit, niui candorem detraxit Anaxagoras, & Soli conceſſam ab omnibus Aſtronomis magnitudinem Epicurus, non ſecus quiſpiam faciat, ſi Romam eruditionis merita laude ſpoliare velit. Adeò namque Viris illis abundat, vt mirum ſit, & ſupra fidem, quanta illorum copia in Aulis, in Academijs, in Bibliothecis effuſiſſimè circumfluat. Eò nimirùm æqua ratio illos accurrere ſuadet, vbi virtus honoribus compenſatur, & eruditionis, ac ſapientiæ ſtudia honeſtantur inter dignitates, & purpuras. Eminet Princeps, Deo auſpice, ſupra hu-

hu-

humanum faſtigium, munere, & ſpecie venerandus, Phœbo, Muſiſq; concors, qui labores

——ſopit, & eripit
Heroas Orco, quos perenni
Fonte beat comitata Virtus. Felix, qui tantum potuit, quantum voluit; voluit autem plurimum, vt ab inerti, & deſidioſa ignauia ſomniculoſa ingenia excitaret, & in lucem proriperet. Hinc manus auro,& gratijs graues occurrentibus ſemper apertas, ſemper in aliorum beneficium effuſas protendit. Viden Literatorum cohortem, vt præmijs varia, vt ornamentis diuerſa, variam nobis,diuerſamq; ſtudiorũ facultatem obiectat? Flãmat ille purpura, ille tiara caput coronat, denſo ille ſtipatur famulitio, illi domus ſtragulis ſericis, multaq; ſupellectili nitet; alter paulò antè inops, & egens,aurũ, argentumq; alijs elargitur, & miſeros ſubleuat. Quis eiuſmodi exercitamẽta tantis onuſta muneribus,tàm grata Muſis,tàm accepta Principi non ambiret? Quis hãc ſpartam non coleret? Inſulſum Graculorum genus,& putidorũ Cenſorum colluuies, tanti Principis in bonos benignitate eliminata eſt. Namq; cum præmia in catos,ſeuerosq; veræ ſapientiæ vindices, & eruditionis cultores collata videant, dolent animo, & largitoris integritatem cùm fallere nequeant, & calumnijs locum intercluſum eſſe cognoſcãt, ſpe deiecti abſcedunt;& irretortis oculis in cognita ſibi loca pedem referunt,ac ſuos ipſi oculos,atque aures deponerent, ne videlicet tã egregiè de ſapientia meritos homines,& à Principe tã munificè habitos, vel audiãt,vel inſpectent:quibus eò tantùm vita longior optãda venit,vt diuturniore inuidentiæ ærumna affligantur. Sed, vt à Sole pręclariſſimo diſcedamus, nõ deſunt etiam minora Sidera, tanti Principis amabiliſſima germina,quæ munificum eius iubar in minutiſſimos quoſq;corriuant; nec aliquem ſinunt in ſtudiorum palęſtra decertantem, præmia, virtuti ſuæ debita, fruſtrà cõquirere.adeò,vt iam ipſis Agonothetis æquales facti Athletę literati (ò ſummam Principis humanitatem! ò noſtri vnius æui felicitatem!) exigant quidquid velint,non petãt;& quod ſemel acceperint, illud ipſum non tàm beneficij loco, quàm mercedis enumerent. Non ergo improbantur ſtudia, nec iacent; neque bonæ artes frigent, neque hinc virtus ipſa exulatum abijt; quin

tuta

tuta hîc Sapientum ſedes, non publica modò declamante fama exterarum gentium, quotquot in Orbe degunt, quæ huic Ciuitati eruditionis laude ſponte concedunt; ſed & ipſa ſuadente experientia, qua palàm fit, noſtrorum hominum ſtudio, ac diligentia, illud omne, quod clauſum, reconditumq; in penitioribus latuerat arcanis, apertum iam, promptumq; fieri. Iamdudum docti, & ſapientes Viri hanc Rempublicam regunt, & ex quibus maximè laborat, ijs maximè medentur. Illa quidem ſatis ſibi eſſe exiſtimat, pro ſuo modulo, ad Principis nutũ ſe cõformaſſe; ſi qualis ipſe eſt, ipſa eſſe non poteſt. Pulchrè omnia ex ſentẽtia verſa ſunt, cum non inermes, ac nudi, nullaq; cognitione rerum ornati moderentur, ſed quos Princeps ſuppetit, ſtrenui, prudentes, humani; doctrinarum omnium plena pectora, Virorum lectiſſimi flores, ἐν μὲν τοῖς λόγοις ἃ φρονοῦσιν, ἐν δὲ τοῖς ἔργοις ἃ ποιοῦσιν ἐπιδεικνύμενοι. Iam verò, Romanæ Academiæ laboribus, quæ fuerunt in ipſa antiquitate dubia, & aliorum incuria perplexa, ac tamdiù priſcorum mentes exercuerant, vti geſta ſunt videmus. Oratoriæ artis maieſtas, Poëſeosq; clara, & non inutilia lumina, inſulſorum Poëtarum nugis poſteà inumbrata, veræ modò eloquentiæ dignitate, & probis, pijsq; ornata documentis, nitori priſtino reſtituta ſunt. Humaniores ipſæ literæ, & artis Criticæ cenſoria virgula, futilibus Barbarorum ineptijs repurgatę, doctè omninò, & luculenter pertractantur. Quin & Muſices, cæterarumq; liberalium Artium ſuprà omnem ætatem cognitio viget, & ſolertiſſimus vſus. Nullum denique eſt tam arduum Philoſophiæ axioma, nullum tam abditum Medicinæ theorema, nullum adeò obſcurum, quà numeris, quà figuris Matheſeos problema, quod in hoc Orbis Lycęo non acutè perſpectum, ſubtiliter examinatum, rectè tandem, & appoſitè ſolutum, explicatumue ſit. Quid plura! Pronus iam habetur Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ curſus; quo vnanimem Patrum & continuam, licet diuerſis temporibus, ac regionibus, nec vno linguæ idiomate ſcripſerint, in noſtræ Fidei dogmatibus, ac ritibus exponendis, ſententiam callemus, velut præſidium cõtra Nouatorum technas, & hæreſes omninò validiſſimum. Ius diuinum, atque humanum crebris, veriſq; Doctorum lucubrationibus enucleatur. Iam noſtræ Religionis myſteria, iam Diuinitatis arcana, ob-

ſcura

ſcura per ſe, & abdita,faciliori exponēdi methodo, amœnioriq; dicendi ſtylo,quantū fas eſt humano ingenio, traduntur. Omnes omnium Doctrinarum diſciplinæ adeò,& voce, & ſcriptis monumentis excultę ſunt,vt in illis perueſtigandis, ſi quis non profecerit, ingenium illi, non apparatum defuiſſe putandum ſit. Nimirùm hæc omnia fieri haud vnquam poſſent, niſi & monumentorum antiquorum theſauri omnibus recluderentur, & qui ſtudijs incumbūt,ab alijs exciperentur humaniſſimè, ingenuèq; & pro captu hominum inſtruerentur, præmijsq; oblatis ad virtutem attraherentur etiam inuiti. Non hîc inueſtigo, quid in alijs Vrbibus agatur; non aliorum conſuetudines artificis ſtatera perpendo: an benè, vel ſecùs, qui ſua prouident, ipſi ſciant; ſi quis illis impoſuit, recognoſcant. Apud me omnes feliciſſimæ ſunt,omnes ſtudijs,ac ſapientibus Viris affluunt, quos ſūmoperè colo,& amplector, ᾗ φιλῶ πάντων μάλιστα; neque eorū virtuti, ac honori quicquam præſenti diſceptatione detractum volo. Id verò quò meliùs,ac faciliùs præſtarem, omninò mihi cenſui enitendū; præclara nempè, atque inſigni Auctorum,qui Romæ vixerint, nomenclatura, ſermoni meo fidem aſſerere. Quod vt faciam,non opus eſſe exiſtimo, omnes recenſere, quicunque in hac Vrbe iamdiù floruerunt, ex quo imperij Literarum,& Religionis glorioſa poſſeſſione ſuprà reliquas ſeſe extulit: hoc enim aggredi moroſum omninò,ac penitùs arduum videri poſſet. Sed quò apertiùs Academiæ Romanæ præſtantia eluceſcat, de nonnullis tantùm, qui, dum penè tota Europa,& potiſſimùm Italia bellis,ac peſte conflictaretur; dum quilibet domi ſe contineret, aditusq; Vrbiū peregrinis intercluderetur; ab anno MDCXXX. per totum XXXII. Romæ interfuere; ibidemq; eruditionis, & ingenij ſpecimē Libris vel antea, vel deinceps vbi vbi euulgatis, edidere. Confido ſiquidem,me tam ingens ipſorum agmen,tam crebras,ac benè inſtructas phalanges in aciem producturum, vt nō modò victoriam referre, ſed admirationem etiam ab iniquis rerum æſtimatoribus elicere facili negotio poſsim. Conficta hæc à me eſſe, neque Scriptores, quos hîc tam copioſe recolo, intra præſcriptos temporis fines Romæ adfuiſſe,non eſt cur ſubmurmures: fruſtrà enim ipſa ſibi fidem adſtruat oblocutio, quam infenſus virtuti liuor,non ratio,ac veritas ſuggerat; neque quod

ipſe

ipſe ita velles fuiſſe, res ita ex ſententia ſe habuit. Verũ, licet eorum aliqui, qui hîc à me recenſentur, nunc quidem in viuis eſſe deſierint, ipſi tamen prædictos ad vſque limites peruenerunt, & anni trigeſimi partem ingreſsi ſunt; quod Lector non grauatè animaduertet. Nos ergò inſtitutum noſtrum proſequemur, eosq; tantum enumerabimus, cum omnes non liceat, quos aut vidimus ipſi, aut ab alijs, quibus fides habenda ſit, viſos fuiſſe probè ſcimus. Dicemusq; de ſingulis, vt eorum nomina ſe obtulerint, literario ordine, ne cui, cum primi eſſe non poſsint omnes, auctoritatis quicquam detrahatur, prærepta fortaſsè loci dignitate. Mihi illud prætereà curandum duco, ne in cuiuſquam ſcriptis, aut meritis iudicium feram; nec improbem vllos, aut approbem: Non enim hîc Ariſtarchi vices, ſed Nomenclatoris ſuſtineo. Et hoc nomine, non quid ipſe cenſeam, ſed quodnam aliorum de ipſis iudicium ſit, quidq; ab alijs in ipſorum commendationem allatum fuerit, libenter refero.

Hac enim potiſsimùm ratione videbitur ipſis Auctoribus
noſtris factum ſatis, quos ſic ornatiores, auctioresq;
laudibus, in medium producam; & Libro etiam
meo aptè conſultum, qui grauiſsimis hiſce,
diſertiſsimisq; præſtantiorum Virorum
teſtimonijs, veluti micantibus
lapillis, diſtinctus,
quæſita ex ijs luce,
longè clarior,
& illuſtrior
ſeſe in conſpectum dabit.

Prodeat igitur, non Romani modo, ſed
totius Orbis Literati Princeps, religione, auctoritate,
eruditione, ſine exemplo, Maximus; qui
neminem ante ſe habuit, quem imitaretur,
aut poſt ſe relicturus eſt, qui eum
æquè poſsit
imitari,

VR-

VRBANVS VIII. PONTIFEX,

qui, cum in minoribus eſſet, Poëſim, veteri ſpoliatam decore, & deciduam Lauri gloriam, ac ſcelerum ſordibus, fœdiſq; modulis commaculatam, cultiſsimorum Carminum varij argumenti editione, nouo Italæ, aliarumq; nationum Pubi, quin & grauiſsimis Scriptoribus exemplo, vt ſacra Lyra monſtrum tam aduerſum moribus fugaretur, antiquæ dignitati reſtituit. Ea ſæpiùs aſpecta, & probata, demum Romæ, in Ædibus Collegij Romani Societatis Ieſu, multò auctiora, ideòq; gratiora, & pretioſiora, apud Impreſſores Cam. in 4. & 8. edita ſunt, videlicet,

In aliquòt Pſalmos, & Cantica Noui, & Veteris Teſtamenti Paraphraſis.

In Chriſti Domini, Beatæ Virginis, & aliorum Sanctorum dies Feſtos Hymni, & Odæ.

In Viros Illuſtres Epigrammata.

Ac pleraq; alia, vario Carminum genere contexta, Græcè, & Latinè, quæ vbique pietatem ſpirantia homines inſtituunt ad frugem. Omnia digna cedro, ϗ μνήμαις καταπιστευθεῖσαι ἐν τοῖς ἱεροῖς ἤδη χαρέντα. Quidquid hìc in laudem dictum ab alijs eſt, minus fuit. Sacræ Facultatis Theologicæ Doctores Pariſienſes vocauere, etiam ante quàm illis diuinæ dignitatis maieſtas affulſiſſet, *Diuina*. Et verè. Poſt tot enim ætates prima, ſolaq; Romanis accedunt, quæ venerari valeant poſteri, non imitari. Quorum ſe laudibus exteræ nationes, & gentes creſcere certatim contendent, & iam contendunt. Niſi illa Carmina in propriam verſa linguam legerint, nullas ſeſe eſſe iudicant. Legunt tamen, ſed in vmbra, & ſomnijs. Habent verba, dèlitias non habent. Vident ſententiam, maieſtatem non agnoſcunt: hærent rei admiratione attoniti, non deguſtant diuinitatem. Iaculantur enim totum diem Interpretes, nec vnquam collineant. Græcam Princeps, ante alias, nationem beauit; quę ſua Veterum Doctorum exempla, ſæuo Tyranni imperio proſtrata, nunc perfectiora conſpicatur aſſurgere; & Athenas ſuas habere iam vndè diſcant, fatetur. Ego etiam ipſe, vt, diuinitate illa Carminum, è terrenis hiſce mentem erigerem, & ne alijs tantùm, tamq; exoptatum, laborem ſubterſugiendo, negligentię

con-

condemnarer, Odem, ad Virtutem exhortatoriam, Franciſco Caroli Fratris F. ſcriptam, quam ab ipſa Virtute dictatã diceres, Græcè carmine Pindarico verti. Verti? conatus ſum vertere. Verba dedi; Lepores, Veneres, Cultum, Candorem, Aculeos, Maieſtatem, Diuinitatem ipſe certè aſſecutus non ſum. Numeri etiam Pindarici defecere. Eam tamen, quia viſa Principi non diſplicuit, quantula illa ſit, vt Græcis etiam innoteſcat, hîc apponimus. Hæc autem eſt;

ΟΥΡΒΑΝΟΥ ΤΟΥ ΟΓΔΟΟΥ
ΕΙΔΟΣ Παραινετικὸν εἰς ΑΡΕΤΗΝ
ΛΕΟΝΤΙ ΤΩι ΑΛΛΑΤΙΩι ἐξελλωισθὲν
πρὸς τὸ Θ Εἶδος τῶν Νεμεονικῶν ΠΙΝΔΑΡΟΥ

Δυωδεκάς. Α.

Νῶν ὅτ' ἔχεις μέζον ἥβης,
Οὐδὸς ἔπεσι κατ' αὐτῆς,
Αἱμύλοις κέρδεσσ' ἄπιστος;
Καὶ δολίαισι τρίβοις,
Τὼ γ' ἀολίδοις πέλμασιν
Ἐξανύσαι σε χρεὼν,
ΦΡΑΓΚΙΣΚΕ, ποθεινὸς ἐμοὶ γνωτοῦ γόνος.
Σεῦ χάριν θυμαλγέσι κήδεσιν ἦτορ
Δαίεται ἐνδομύχως
Κυμαῖνον. ἦ σεῦ κήδομαι
Καλῶς, φίλε ὡσεὶ τέκους
Πρόφρων γενέτωρ.

Δυωδ. Β.

Στῆθ' ἄγε, μικρὸν ἄκουσον.
Μὴ σύγε φορτικὸν ἦχοῦ
Ἐξελίπῃων ἔνθεν ἴχνος
Σημανέοντος ἐμοῦ.
Μυσῶν διάπλεν πρὸς αὐτός

Εὔφρονες

Ευφρονος ἐκ βοχιᾶς,
Ω παῖ, διὰ τ' ἄγγεα, καὶ ῥωχμοὺς πέδου.
Ενθα χρυσείοιο κλύειν ὑπὸ πλήκτρου
Φοῖβον ἐπαυτόμενον
Χορδαῖς ἔχεις. ἕυτ' ἂν μέλος
Αρξωσιν ἡδέως σωύδικοι
Μοῦσαι κροαίνειν.

Δυωδ. Γ.

Ενθ' ἐλεφαύπνος ὠδαῖς
Βαρβιτος ἔωυασι Μοίρας
Εξελέι θ' Ηρωας Αιδῃ,
Τοὺς κομέουσ' Αρετὴ
Ολβοις περιῤῥεῖ σωύδρομος
Ου μεταβαλλομενοις.
Ταύτῃ δ' αἰθρέης ὄρεος περὶ δειράδα
Ζέδωρον, πεδήμονα Θησέα κλείνον.
Οὗμιν ἔσοιπερ ἄπο
Πυλυπλάνοις οἶμαις ἄλη,
Καὶ καμπτίμοις εἱλιγμένη
Πλαγχθέντα καλοῦ.

Δυωδ. Δ.

Τῶς ὑδέυσ' Οδυσῆα
Αυλακα νηὶ βαθεῖαν
Αρτεμέα πλώσαντα πόντου
Δέχθαι ὄπα κλοπίων,
Τῶς ἐκφυγέειν Κέρκης δέπα,
Καὶ φυτὰ κηροφόρα.
Εἶδ' ὡς χρύσων ὑπερόπτης πυρφόρων
Δέρματος λείαισι Κειοῦ βαθυμάλλου
Λαμπρὸν ἵησι σέλας
Στυγνὸς γύας πρόσθε χίσας
Οπλοισι παγχάλκοις βαρεῖς
Καὶ δουρέσπασι.

Δυωδ.

Δυαδ. Ε.

Εἶπε πλασαμένα Προίτῳ
Ευνέτις ἄφρονι θυμῷ
Ανδρὶ τικταίνουσα κῆρα,
Σὺν δ' ἅμα τοῖς προφέρει
Αλκὴν τρίμορφον κατακτανὼν
Βελλεροφῶν Χιμάραν.
Φοιβαῖς πετάλοις ἐρυξ δάφνῃ ϛεφθεὶς,
Πήγασός τ' αὖ ἡδεῖ νέκταρι φέρβε.
Μῆτιν δ' ὅμως νοεῖν
Τὴν ἐντὸς ἐγκρύπτει μέλει
Πρὸς γ' Αὐόνων κηρωθὲν, οὐ
Κεῖται ἐφ' ἡμῖν.

Δυαδ. ϛ.

Νοῦν ὁμιχλώδεα Φοῖβος
Εκπετάσσει. κελαδέοντος
Κλῦθι. Τὸν χρυσέῃ ἀγροῖς
Αμφιπίσει Αρετὴ
Κεῖνος θρίαμβον τρισμάκαρ
Ισχε πόλεως ὀλέσας.
Οὔνιν θαλιῶν ἀβρότης κρείσσων ἔλειν,
Οὔνιν ὀργῆς ἐξεπίναξαν ἀκωκαὶ,
Ταὶ βοτανῶν, καὶ ὅπων
Αντιπροσώποις θηρίοις
Μορφῶσι μᾶλλον ἀνέρας
Λυγρὴν ἐς ἄτην.

Δυαδ. Ζ.

Ηνίδε δ' ὡς ὀπιληκὲς
Κασταλίδων χορὸς ᾀδῶν
Κυνθίου μολπαῖς ὁμόφρων.
Ιχνος ἔρεξε, πάλιν
Τῆς αἰτίας, Χείρων λέγει

Σοὶ ζαθέῳ ἰαχῷ.
Μορφῇ κομένα ἀφελεῖ, καὶ κάλλεσιν
Εἰν ἀκόσμοις φανοτέρα, τά ποτ' εἶπεν
Ηρακλέη Αρετὴ,
Ηχοις οὐθ' ὑβριστήρεσιν
Θελκτήριος μελίσετο
Τέρψις κατ' ἄνδρα.

Δυωδ. Η.

Ηδ' ἐανῷ ὑπέροπλος
Πολυτελεῖ, πλοκάμοις τε
Εκτεσιωθέντεσσι χαύνη
Εἰδαλίμη τε λίθοις
Εἰν ἄνδρας ἅπασι νέοις
Ως καλὸν ἱεμένοις,
Εἰδῦια δόλοις πλεκέμεν, σὺν νυκτέροις
Εξάγει τέχνασιν, ὅπῃ μέγας ἕρπει
Σωρὸς ὄφεων, παριτοὶ
Εὖτ' ἀμφιθάλλοντες φυαῖς
Ανθέων ἀμέβοις πρωνέες
Οἴμοι ἔασιν.

Δυωδ. Θ.

Εὔσκιον ἔρνεσι δένδρον
Γαῦρον ἔφυ, μέχρις ὄρνις
Ηπύει. ἃ βάθι, φεῦγε
Καρπὸν ἐπηόειον,
Οἴνης τῆς παῖδ' ἐγκύμονα.
Νεκταρέοιο ποτοῦ.
Κάλλιστα φέρουσιν ἰδεῖν, πότμον τάδε
Μῆλα τάχει. τὸν γ' ἐσορᾶς ἀείσημον
Οστε δόλοις ἀπάφει,
Καὶ γὰρ βαρὺν παμφάρμακος
Ιὸν κατακρύπτει βόβις
Ερσαις ἐρυθραῖς.

Δυωδ. Ι.

Στεῖβο σύ μοι τρέχοντι,
Τὰς φλόγας, ἠὲ σίδηρος
Σοί γ' ὁδὸν στρώσουσι λείαν
Κακτοφόροις δ' ἄλας,
Δρυμοῖς τε, πέτρας, πηγάδας,
Καὶ κορυφὰς ὀρέων.
Τέρψῃ καματώδεσιν ὥρας, καὶ κόνις
Λαμπρᾷ δύσμορφος, κροτάφων δ' ἄπο ἱδρὼς
Κλεινὸς ἐπισταλάσει,
Μόχθοισιν ἄῤῥηκτος μένος,
Τόλμαις τ' ἀπροθύμοις γεγὼς
Πάντως μεγάνωρ.

Δυωδ. ΙΑ.

Υψόσε πᾶσιν ἀερθεὶς
Κυφοτάταις πτερύγεσσιν
Βήσεαι γλαυκῆς δι' αἴθρας
Πῦρ ποτ' ἐς ἀκάματον.
Η ταρσὸν εἰλίσσας ξένως,
Ωστε νόημα ῥέων,
Λευκοῦ τε γάλακτος ἐπαΐξας πάτον
Τειρέων θελκτῶν ἐσαφίξεαι ἤθεα,
Συνώνυμον οὐρανίοις
Αστρον ξὺν ἄλλοις ἐμπρέπων
Αἴγλαισι καιναῖς, τηλόθεν
Κλεῖος δεδορκὸς.

LEONIS ALLATII
APES VRBANAE,
ſiue
DE VIRIS ILLVSTRIBVS,
Qui ab Anno MDCXXX. per totum MDCXXXII. Romæ adfuerunt, ac Typis aliquid euulgarunt.

A

AETIVS CLETVS, Signinus, Medicus, edidit,

1 *Commentarium Apologeticum*. Romæ apud Bartholomæum Zannettum 1611. in 4.

2 *Dilucidationem in Aphoriſmum XXII. primæ Sectionis*, pro Marſilio Cagnato. Romæ apud Hæredem Bartholomæi Zannetti 1621. in 4.

3 *De Chalcantho, Medicâ Diſputatione*. apud Bartholomęũ Zannet. 1623. in 8. cõtrà quẽ ſcripſit Dauid Verbetius Germanus.

AFRICANVS GHIRARDELVS Fidardẽſis I.V.D. publicauit, *Hiſtoriam S. Abundij Diaconi, & Martyris*. Romæ apud Guilielmum Facciottum 1620. in 4.

AGATIVS DE SVMMA I.C. Cathacenſis, edidit Italicè,

1 *Dell'America, Canti Cinque, cõ vn Diſcorſo ſopra l'Adoni del Marino*. Romæ apud Bartholomęum Zannettũ 1623. in 12.

2 *Dell'Origine dell'Anno Santo*, Diſcurſum in Academia Cardinalis de Sabaudia habitum, vnà cum alijs. Editioni parat, *Compendium Concilij Tridentini cum Bullis recentiorum Pon-*

Pontificum ad materias Conciliares pertinentibus.

De Iuriſdictione Epiſcopi, Tractatum. & Hetruſco Idiomate,

La Vita di Pio V.

Vn volume di Lettere. Meditatur etiam,

Iſtoria de Noſtri tempi

Arte di ben vivere. De eo Auguſtinus Barboſa De Iure Eccleſiaſtico lib. 3. *Agatius de Summa V. I. C. Patritius Carthacenſis in Curia Romana ob doctrinam, & morum integritatẽ maxime notus, cuius prudentiam, & ingenium ſemper ſum admiratus*: & Victorelius in Recenſione, *Agatius à Summa I. C. Oratoriam colit artem, bella carmina pangit, elegantes ſcribit Epiſtolas, Hetruſci ſermonis delitias nouit*.

ALEXANDER CÆSARINVS Neapolitanus edidit, Orationem Latinam *de Aduentu Spiritus ſancti*, quam habuit coram Vrbano VIII. in Sacello Quirinali 1631. ad Alexandrum Card. Cæſarinum, Typis Franciſci Corbelletti in 4.

ALEXANDER DONATVS Senenſis è Societate Ieſu dedit,

1 *Carminum*, volumen primum. Romæ apud Iacobum Maſcardum 1625. in 12.

2 *Sueuiam*, Tragędiam. Romæ apud Franciſcum Corbellettum 1629. in 12.

3 *Artem Poëticam*, lib. III. Romæ apud Guillielmum Facciottum 1631. in 12. Paratum habet *de Roma Veteri* librum, & alia *Poëmata*.

ALEXANDER GOTTIFREDVS Romanus è Societate Ieſu ſcripſit,

1 Orationem Funebrem *de Laudibus Virginij Cæſarini*, ad S. P. Q. R. dum in æde Virginis Capitolinæ illi parentarent. Romæ apud Zannettum 1624. in fol.

2 *Effata Peripati Chriſtiani*, defenſa à Carolo Roberto Academię Parthenię Principe, pro Philoſophica laurea ſuſcipienda in Collegio Romano Societatis Ieſu, Auſpicijs Ferdinandi II. Magni Hetruriæ Ducis. Romæ apud Franciſcum Corbellettum 1632. in 4.

ALEXANDER PEREGRINVS Capuanus Clericus Regularis,

Priuilegia Clericorum Regularium in vnum collegit, &

ſcholijs illuſtrauit. Primus Tomus editus eſt Mutinæ apud Iulianum Caſſianum anno 1610. in 8. Secundus ibidem apud eundem anno 1615.

2 Tractatum *de Duello*, vbi Clementis VIII. Bullam explicat. Venetijs apud Petrum Duſinellum 1614. in folio.

3 Tractatum *de Immunitate Eccleſiaſtica*. Cremonæ apud Petrum Antonium Bel pierum 1621. in 4.

4 Conſtitutiones etiam Clericorũ Regularium *Cõmentarÿs* illuſtrauit. Romæ Typis Impreſſorum Cameralium 1628. in 4.

ALEXANDER RAYNALDVS I. V. D. ex loco Radiani in Pelignis prope Ouidij Naſonis patriam, à pueris in Bibliotheca Vaticana à ſuis maioribus in omnium diſciplinarum genere educatus, poſtmodum à Clemente VIII. eiuſdem Bibliothecæ Cuſtos deputatus, per triginta annos demandatum onus exercens dictæ Bibliothecæ inſtruendæ in non modicum Sedis Apoſtolicæ, & adeuntium commodum diligentem, & fidelem operam nauat. Heroico inter alia ſcribendi genere delectatur. Plura illius hinc inde typis excuſa leguntur,

De Syluestro Secundo Romano Pontifice.

Encomiaſticum in Leonem Allatium ſuper editione Exahemeri Euſtathij Epiſcopi Antiocheni.

In Nuptÿs Chriſtophori Celladÿ Nobilis *Tridentini.*

Plura item penès ſe habet,

Triumphum Sanctiſsimi Vrbani VIII. ad Lateranũ equitatis.

Paræneticon ad Leonem Allatium, quo eum hortatur ad vlteriorem defenſionem Romanę Apoſtolicę Sedis ſuper impoſtura Ioannæ Papiſſæ.

Varia *Epigrammata* in Diuorum Laudem.

Opus grande, ac varium, *Iconomachiam* inſcripſit, quo perſecutionem Sacrarum Imaginum expreſsit, & aduētum Monialium Ordinis Sancti Baſilij Byzantio ad Vrbem pro eâdem cauſa ſub Zacharia Romano Pontifice.

Cum ageretur de referendo in Sanctorum numerum S. Carolo Borromęo tractatum conſcripſit, *Quod ex Sacro Cardinalium Collegio omni fere tempore prodierint viri ſanctitate præclari*, deditq; Paulo V. poſtmodum Federico Borromęo Cardinali Eccleſiæ Mediolanenſis Archiepiſcopo.

Enu-

Enumerauit omnia *Concilia* Romæ habita tàm impreſſa, quàm non impreſſa, adiecitq; ex Vaticanis Codicibus ab alijs ignorata, vel derelicta. tradidit exemplar Scipioni Cobellucio Cardinali tunc temporis S. R. E. Bibliothecario.

Collegit exempla varia *de Romani Pontificis temporali poteſtate* à B. Petro vſque ad Paulum V cui librum obtulit.

Deſcripſit omnium *Epiſcoporum* ſeriem, & actiones quam plurimas à Pontificatu Bonifacij IX. vſque ad hæc tempora ex varijs Originalibus.

Continuauſit *Indicem* Librorum Latinorum, qui calamo exarati aſſeruantur in Bibliotheca Vaticana, addiditq; Indici Sextum & Septimum Tomum, cum quinque priores confecti eſſent à Dominico eius fratre dictæ Bibliothecæ Cuſtode.

Confecit item *Indicem* Librorum Latinorum manuſcriptorum, qui ex Spolijs Electoris Palatini, & Heidelberga in Vaticanam Bibliothecam anno 1623. aduecti ſunt. Congeſsitq; in eos varias *Obſeruationes*, & *Notas*. Meritò itaque Polyhiſtor Ferdinandus Carolus Tomo I. Templi Vaticani in Bibliothecà Vaticana, capite de Bibliothecarijs in fine de Raynaldorum in Vaticanam Bibliothecam opera ſcribit, *Sabaum ſequutus Federicus Raynaldus perpetuos ex ſua gente Cuſtodes peperit Bibliotheca, qui octeginta per annos fide ſingulari ſuam induſtriam Pontificibus approbauere. Hieronymum Sirleti, Marinum Federici fratrem, & Thomam Sirletum Gulielmi nepotem eadem ferè tempeſtate Cuſtodes Bibliotheca recepit. Dominicus quoque Raynaldus, & poſtea Dominici frater Alexander mira facilitate morum ſibi deuinciens adeuntium animos diutiùs inuigilarunt Bibliotheca cuſtodienda. Alexander autem poſtremus in ordine vertentibus annis Baltaſarem Anſideum extulit, & Nicolaum Alemannum*, &c.

ALEXANDER TASSONIVS Mutinenſis plura edidit Hetruſca lingua,

1 *Conſiderationi ſopra le Rime del Petrarca, col confronto de' luoghi de' Poeti antichi di varie lingue*. Mutinę 1609. apud Iulianum Caſſianum in 8.

2 *Auertimenti di Creſcentio Pepe da Suſa, intorno alle riſpoſte date da lui alle Conſiderationi del Sig. Aleſſandro Taſſoni*

ſopra le Rime del Petrarca. Mutinæ apud eundem 1611. in 8.

3 *Dieci libri di penſieri diuerſi*. Carpis apud Hieronymum Vaſchierum 1620. in 4. Hæc à Baldouino clari nominis Librorum interprete in linguã Gallicam verti, vt imprimantur, retulit mihi librorum heluo Naudęus, qui etiam eorum ſæpiſſimè meminit in Additamento ad hiſtoriam Ludouici Vndecimi.

4 Luſit etiam carmine. Lepidiſſimum omnium iudicatur Poëma illius Heroico-Comicum, quod *Secchia rapita* nuncupauit, ſępiùs, ac multis in locis editum. Eorundem fatorum comes liber primus ſub nomine *Oceani* perpetuò adnectitur. Editioni parauit in eadem lingua,

Vn volume di Lettere diuerſe, apud Hæredes Card. Eſtenſis.

Della Guerra della Voltellina lib. II. Nondum abſoluit,

Dell'Iſtoria Eccleſiaſtica, e Secolare, riſtretta in compendio da Chriſto nato fino à mille cinquecento. In qua multa aliorum dicta accuratiſſimè examinantur. Ioannes Baptiſta Laurus in Orcheſtra tradit, *Taſſonio ornamentum plurimum Hetruſcam linguam ferre acceptum*, & Antonius Quęrengus Exam. Carm. lib. V. ad Eundem,

Forſitan & ſtudio captus grauiore perurges
Sacrum opus aſsiduus ſcriptor, quo ingentia magni
Baroni breuibus claudens monumenta libellis
Nectarea donas Tuſca dulcedine lingua.
Aut feſſa requiem menti deſueta Camœnas
Suauiloquas ad plectra vocas, pugnataq; ſæuis
Prælia diſsidijs, Rhenumq; Padumq; tumentes
Cædibus ob raptam lymphis putealibus Vrnam,
Et gentis captum Sardæ in certamine Regem,
Concinis immiſſis ſocco ridente cothurnis.

ALOYSIVS NOVARINVS Veronenſis Cler. Regul. ſcripſit,

1 *Electorum Sacrorum* lib. III. Primum, *Paradiſum deliciarũ*, Secundum, *Circuitum Sacrum*, Tertium, *Signaculum Spirituale*, nuncupauit, editos Venetijs apud Ioannem de Salis anno 1627. recuſos Lugduni 1631. à Laurentio Durante in folio. Item

2 *Matthæum expanſum*, hoc eſt *Monita, & Notas in S. Matthæi Euangelium, & Lectionum varietatem*. Venetijs apud Ioannem de Salis 1629. in 4.

3 Item

3 Item Italicè *Martyrologium Spirituale*, cum *Onomatologia Sacra in ſingulos anni menſes.* Venet. apud eundē 1628. in 8.

Plura parat, quæ ipſe in præfatione Electorum ad Lectorem commemorat.

Alia multa Sacrorum Electorum volumina, quæ huic primo nectentur.

Schediaſmata Sacro-prophana, in plures Tomos tributa.

Amoris Delitias, ex amoris Cantico.

Sacrarum Formularum librum.

Prouerbia ex Sanctorum Patrum Monumentis collecta, fusè explicata.

Axiomata Phyſio-Theologica ex probæ notæ Scriptoribus prompta, explicata, & in plura volumina diuiſa.

Meditatur item *Opus in omnes Sacræ Scripturæ libros*, in quo ita perpetuum Commentarium exhibet, vt aliâ ab alijs incedat via. Molitur etiam alia, De eo non minùs eloquentia, quam probitate inſignis Franciſcus Boluitus Neapolitanus in Scriptorum Clericorum Regularium Nomenclatore. *Aloyſius Nouarinus Veronenſis Græci, Hebraici & Chaldaici Idiomatis periſſimus, ſcripturientis ingenij impetus ferre non ſuſtinens, in ipſa Adoleſcētiæ flore* Electorum Sacrorum *librum vulgauit, in quo omnium ſcientiarum ſatellitio aduocato plura Sacræ Scripturæ loca explanat breui; & alios quoque acutè, & feruidi ingenij ſui fœtus editurus.*

ALPHONSVS DE LEONE Neapolitanus Cler. Reg. edidit *Communium, ac practicabilium concluſionum conſcientiæ caſuū recollectiones ſub tractatu de Officio, & Poteſtate Cōfeſſarij.* Arimini ex Typographia Ioannis Symbenij 1630. in 4.

AMABILIS BVRZAEI *Augurium Epithalamium* in nuptijs DD. Thaddæi Barberini, & Annæ Columnæ legitur. Romæ ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ 1629. in 8.

AMBROSIVS BRANDVS Dominicanus Italicè Triumphum Virginis Sacratiſſimi Roſarij deſcripſit, ediditq; ſub hoc titulo, *Trionfo della Glorioſiſſima Vergine del Santiſſimo Roſario, celebrato in Roma la prima Domenica d'Ottobre dell'Anno Santo MDCXXV. nella Proceſſione ſolenne dell'Archiconfraternità del Roſario, con la nuoua aggiunta dell'vltimo Giubileo*

con-

conceduto alla medeſima Archiconfraternità nel fine di detto anno, & altri diſcorſi à maggior conſolatione de' deuoti, e curioſi Lettori. Romæ apud Iacobum Maſcardum 1625. in 4.

Nondum vulgauit *Ragionamenti* in Pſalmos *Eructauit, De profundis*, tria Cantica, *Benedictus, Nunc dimittis, Domine audiui*, & *in Diuam Virginem*, & *Paſsionem Domini*.

AMBROSIVS MARLIANVS Papienſis Canonicus Regularis Lateranenſis Sacræ Theologiæ Profeſſor edidit,

Theatrum Politicum, in quo quid agendum ſit à Principe, & quid cauendũ deſcribitur. Romæ Typis Corbelletti 1631. in 4.

ANDREAS ARGOLVS à Taliacotio edidit,

1. *Tabulas primi Mobilis*, quibus veterũm reiectis prolixitatibus Directiones facillimè componuntur, ad D. Marcum Antonium Columnam. Romæ apud Guil. Facciottum 1610. in 4.

2 *Ephemerides ad longitudinem Almæ Vrbis Romæ ab anno 1621. ad 1640. ex Prutenicis Tabulis ſupputatas*, addidit *Iſagogem*, & *Canones abſolutiſsimos, præcepta omnia Aſtrologiæ complectentes*, &c. Romæ apud eundem 1621. in 4.

3 *Nouas Cœleſtium motuum Ephemeridas ad longitudinem Almæ Vrbis ab anno 1620. ad 1640.* ex eiuſdem Auctoris Tabulis ſupputatas, quæ congruunt cum Danicis, Rodulphinis, & Tychonis Brahę è Cœlo deductis obſeruationibus. Additi ſunt. *Aſtronomicorum libri tres* in quibus plurima ſcitu neceſſaria, & periucunda tractantur. Romæ apud Facciottum 1629. in 4. Tom. II ad Principem Philippum Columnam.

4 *Problemata Aſtronomica*. Romæ 1604. in 4. Editionem expectant,

Commentaria in Elementa Euclidis.

Tabulæ ſecundorum Mobilium ſecundũ Tychonis Hypotheſes, quibus facili methodo Planetarum loca, tam in longitudinem, quàm latitudinem ſupputantur ad quodcunque tempus, redacto Martis calculo abſque tędioſa ſupputatione.

Catholicę, & probata Aſtronomia Epitome, qua tum pars ſphęrica dilucidatur, tum Theoriæ Planetarum iuxta Tychonis Brahæ obſeruationes, & hypotheſes.

Ephemerides Copernicea ab anno 1640. vſque ad annũ 1660. completum.

Ephe-

Ephemerides Tychonicæ ab anno 1600. *ad* 1620. *& ab anno* 1640. *ad* 1660.

Commentaria in libros quatuor Ptolemai, cum textu Græco, & Latino.

De nouis ſtellis noſtro æuo genitis, aliiſque Phænomenis.

Problemata Aſtronomica olim 1604. *Romæ impreſſa, nunc plurimum ampliata.*

De Diebus Criticis, & Decubitu ægrorum.

Practica Medicinalis. Elegantiſſima ſunt, quæ pro nouarum Argolicarum Ephemeridum munere ad me Sacræ, profanæq; antiquitatis promus, condus Melchior Incofer Meſſana miſit. *Leoni Allatio ſuo Melchior Incofer. Semper mihi tua gratiſsima ſunt, præſtantiſsime Leo, ſed maxime quando cum munere veniunt: neque enim metuo, vt ille, Danaos talia dona mittentes. Mittis mihi Andreæ Argoli nouas Cæleſtium motuum Ephemeridas ad longitudinem Almæ Vrbis, ab anno ſeculi currentis viceſimo ad quadrageſimum ſupputatas. Argum centoculum dixerim meliùs, quam Argolum, qui Danicas, Rodulphinas, & Tychonicas obſeruationes tam accuratè peruiderit, nemo vt huc vſque alius, ſi rectè noui periclitari. Arbitror ipſum non in tabulas, ſed in ipſa Cæleſtis ſphæræ liquidæ penetralia tot oculorum acies intuliſſe. Ridebis forſitan me ſphæræ, & quidem liquidæ meminiſſe, quorum alterum ſi per enallagem, alterum per metaphoram non excuſes: vtrumque phyſicè dictum puta, ſed nolim modo Camerinam quibuſdam mouere. Ad Argolum redeo, laudo ingenium viri, cui & benè præter eb fortunatam matheſim; nec minus ipſum fortunatum dico, quod ad ingenium, & manus eam habuerit inſtructiſsimam Bibliothecam, in qua velut in horto Muſarum tam inſignes cum Vrania fructus collegerit, nec Cæſarea Byzantio, aut Philadelphia facilè inuiderit. Ea eſt Cardinalis tui* Biſciæ *viri, vt fama loquitur, cum manſuetioribus literis omni ſcientiarum genere excultiſsimi, cui ſi cætera defuiſſent (nihil tamen ad ſummam laudem, & meritum defuit vnquam) vel literæ ſola purpuram conciliaſſent; vt modo neſcias, an purpura illi plus ſplendoris, an ille purpuræ plus dignitatis contulerit. Sed quod omnes, præſertim docti, plurimi faciant, aiunt eum eſſe humaniſsimum, & literatorum aman-*

*amantiſsimum, maxime liberalem, denique ſingularem hoc
tempore Mæcenatem, ad ingenia, & literas promouendas na-
tum; cuius & familia ex doctis cenſentur, & domus penè in
Lyceum euaſerit omnium cupientium eius Bibliothecæ commo-
ditate frui, idq; tam facili acceſſu, vt vltro ab humaniſsimo
Cardinali inuitentur, cui nihil accidere gratius queat, quam
vt omnibus proſit, in omnes tantæ benignitatis fontes effluere;
tam magnificas vna, ac munificas in libros expenſas aliorum
vtilitati erogare: quem denique ſi hodie Æneas Syluius viuat,
vel citrà purpuram Alphonſo Neapolitano æquet. Ita illi;
ſed horum omnium argumentum mihi tu es præſtantiſsime Leo,
qui à Cardinali in doctam familiam cooptatus, quantum in-
genio polles, tantum paratiſsima illa occaſione, præſentiſsimaq;
liberalitate tui Principis vteris, vt felicitate tua, quantus
ille ſit patronus literarum, certiſsimè atteſteris. Noui iam pri-
dem ex docto vngue Romanum, Atticumq; Leonem: ex iſto
Leone deſigno Principem illum, cui Leo ſeruiuit, & virtutum
inſigne fuit; Hadrianum fortaſſe intelligas, qui Aſiæ, atque
Europæ artes Romam, Romam vero, & Athenas in ſuam do-
mum tranſtulit. In huius compendio tu exſpatiaris ingenio,
& exiguo temporis interuallo totum orbem oculis, & mente lu-
ſtras; nec eſt cur exteras Europæ Bibliothecas diſpendio adui-
ſas, cui domi ſunt omnia, quæ vbiuis gentium pretium habent.
Id ipſe mi teſtaberis, qui nuper in Germaniam profectus, inſtar
Homerici Vlyſsis multorum hominum Vrbes vidiſti, & mores
cognouiſti, Palatinam Heidelbergenſem Bibliothecam, propter
quam ad Vrbem aduehendam miſſus eras, ſic luſtraſti, vt
quanti te Cardinalis tui cenſum ſine cuiuſquam inuidia æſti-
mare oporteat, facilè didiceris. Gratulor ſanè tuæ felicitati,
& magno literatorum bono; habes enim vndè præclara ingenij
monumenta, quod facis, ad poſterorum vtilitatem, nomen verò
tuum, & Cardinalis tui meritiſsimam famam dirigas ad im-
mortalitatem. Sed non diſsimulabo, non nihil inuidiæ mihi
ſubire, minimè à Siculis contracta, ſed, quæ ſimile bonum cu-
pientes, ſolet inceſſere. Multa enim hic mihi parantur, ſed
librorum penuria, quibus tu abundas, affecta potius, quam
perfecta. Cælum Siculum ingenijs eſt fauentiſsimum, ſed Mæ-*

cena-

Digitized by Google

cenates literatorum pauci, id propter, & Bibliotheca, in quas opportunè diuertas, rara. Fuit aliquando Meſſana literarum altrix, quæ multos etiam ex Italia, ſed Bembum imprimis, poſtea Cardinalem exciuit, ſub Conſtantino Laſcari Græcè erudiendum. Hodie à vetere gloria non parum deſciuit, ijs opinor de cauſis, quas Tacitus ad Maternum perſcribit, vt qui Sibyllæ folia rurſum quærat, vix Martianam Phyliram, aut potius Horatianam papyrum inueniat. Vtinam mihi tecum eſſe liceat, & tui Principis humanitate, tuaq; in primis docta diligentia vti in ijs, quæ à meridiationibus ad lucernam reuocaui, quorum catalogum, niſallor, iam habes. Cruciarer animo, niſi ſpes eſſet reuiſendæ aliquando Vrbis, quæ me diù literis aluit: ea ſi non decollet, tecum ero, tuas delitias deguſtabo, interea moram patientem impetraturus à munere, planè in tempore miſſo, dum ad Matheſin, quam hic longo interuallo poſt Maurolycum primus reſumpta ſparta publicè profiteor, non parum indè videam accedere: quo etiam nomine gratias tibi habeo quam maximas, & noſti cui tabulæ manum adiecerim, nec Theologicæ prælectiones adeò diſtringunt, quin huc ſubindè libenter deflectam: aueo tamen Eccleſiaſtica, & quæ ſine ſcabredine, vt cum Hieronymo loquar, ſeſe offerunt. Nunc mihi ſub prælo eſt argumentum Epiſtolæ B. M. Virginis ad Meſſanenſes datæ, nouum opinor multis extrà Siciliam, ſed mihi etiam opus tumultuarium, & properatum. Vbi Typographus extremum apicem fixerit, curabo viciſſim, vt habeas. Neque tamen velim ex eo de poſterioribus curis te facere coniecturam. Vale mei apud Deum memor, & vt facis me amare, perge. Meſſanæ Kal. Iulij 1629. Legitur etiam Græcum noſtrum in illius Ephemeridas Epigramma.

Διοσκοὶ μὲν πρὸς Ολυμπον ἐπιθυμόντο πορεῖαν,
Οὐδ' ἄλλως Μακάρων ἀμβατὸς ἦεν ἕδρα.
Τῆς μὲν λεῖα πρόσωπα σοφός τ', ἄσοφός τε βεβάκε
Πρυτανικῆς ἐπίκλησιν, καὶ κλέος οἷον ἔχον.
Ἡ δὲ Τυχῶνος ἔην μάλα δύσβατος, οὐδέποτ' ἀνδρῶν
Ποσὶν ἔβη, θνητοῖς κἂν φίλος Ἀθανάτοις.
Πρυτανικὴν πρώτιστα πανδημοίροισιν ἐπ' ἔργοις
Εἰσπεράσας, φθονεροῖς ὄψον ὄφελλε μέγα.

Νῦν δὲ Τυχωνείῃ πολὺ λώϊον ἀντιβολήσας
Ἀργόλιος, σκολιὰς ἐξεκάθηρε πάτους,
Καὶ πάντεσσιν ἔθηκε περάσιμον, ἔνθεν ἀβρέστως
Πᾶς τις πείρεται αἰθερίους θαλάμους.
Καὶ τρέχων ἐμέτρησε πλάνους τ', ἀπλανεῖς τε κελεύθους
Ἠδ' ἐτ' ἐφημερίοις ὡροθέτησε κύκλους,
Ἐσσόμενόν τ' ἀγόρευσεν, ὁ δ' αὖ ἔξαρχος οὐδ' εἰ
Ἐσμοῖς σαυείδων, ἀλλὰ μεθεσσομένοις.
Εὔχρηστος μερόπεσσι πολὺ πλέον, ἤπερ Ἀχαιοῖς
Παλλάς, Τρώεσσ' Ἄρης, ἠδὲ Θέτις Κρονίδῃ.

Hæc Franciſcus Lucidus amicus meus non in eleganti ſua verſione meliora fecit.

Sunt gemina aſtrigero ſiſtunt, quæ ſemita Olympo,
Vlla nec ad ſuperos, quæ ferat, eſt alia.
Mollem, Prutenicam dicunt quam nomine doctus,
Indoctusq; ſubit, quos ſua palma manet.
Altera difficilis, quondam monſtrata Tychone,
Haud vlli eſt hominum munere trita Deum.
Prutenicam ingrediens fauſto pede primus, adauxit
ARGOLVS inuidiæ pabula triſtifica.
Nunc autem meliora edens, ductore Tychone
Explicat ambiguum, molleq; reddit iter.
Hinc adeò patefacta via eſt, vt nemo per altum
Aethera non ſuperum tentet adire domos.
Nemo vagos meditans curſus, ſtabileſq; recurſus
Non etiam certas cudat Ephemeridas:
Atque canat ventura ſimul, ſed nobilis antè
Incedens cœtus ARGOLVS vnus ouat.
Vtilior multò mortalibus iſte, Pelaſgis
Quam Pallas, Phrygibus Mars, Thetis ipſa Ioui.

ANDREAS BAIANVS Officio Sacerdos, genere Luſiada, patria Goanus Orientalis Indiæ Metropoli, literis Theologus Baccalaureus Conimbricenſis, Græcis non ieiunè, neque Latinis vulgariter eruditus, quin etiam non obſcuri nominis Orator, & Poëta, vt eius prædicant, & teſtantur opera, multa conſcripſit, nonnulla edidit, cętera quoque Deo duce, & vita comite editurus. Edita ſunt,

1 Oratio

1 Oratio *de S. Ioanne Euangeliſtà*, habita coram Paulo V. in Sacello Vaticano. Romæ apud Iacobũ Maſcardũ 1610. in 4.

2 Oratio habita Velitris coram Populo & Clero *in Erectione eius Diœceſani Collegij*. Romæ apud eundem 1612. in 4.

3 Panegyricus *de Ioanne Zamoſcio* Cancellario Poloniæ. Romæ apud Bartholomæum Zannettum 1617. in 4.

4 Panegyricus *de S. Philippo Nerio* ſine verbis, primum & nouum Auctoris artificium, dictus Vrbeueteri in eius Baſilica. in eadem Vrbe apud Rinaldum Ruulum 1619. in 4.

5 Dictata quam plurima *in Antiqua Vrbis ſplendore*, in eadem Vrbe apud Iacobum Laurum eius voluminis Auctorem, qui & Iconas, & literas in æs incidebat anno 1612. in folio.

6 *Epiſtola* vna ad Ioannem Baptiſtam Laurum ab acri iudicij viro Antonio Quęrengo, & alijs viris doctiſſimis commendata, quę legitur in ſecunda Epiſtolarum Centuria eiuſdem Lauri. Perufię ex Typographia Auguſta 1618. & deindè Romę apud Andream Phęum in 8.

7 *Elogium in Coronationem Vrbani VIII.* Romę apud hęredem Zannetti 1623. & poſt modum in Collectaneis Auguſtini Barboſę.

8 *Ecloga* artificioſa in aduentum Card. de Yoioſa. Romę apud Iacobum Maſcardum 1611 in 4.

9 *Doctrina Card. Bellarminij*, in Elegos latinos traducta. Romę apud eundem 1612. in 8. Eam laudat Andreas Victorellus in Officio Curati.

10 Poëmatia tria vnum ad Paulum V. ter Acroſtichum initio, medio, & fine, tria contexens carmina huiuſmodi.

Creſcere cum nequeas titulis ſanctiſſime Paule
Annorum creſcas numeros, & ſecula viuas
Viuas, æternum tandem victurus Olympo.

Romæ apud Maſcardum 1610. in fol. Aliud initio, & fine Acroſtichum *ad Scipionem Cardinalem Burgheſium*, continens hinc & illinc eiuſdem Domini nomen dignitatem, & cognomen, quæ duo Angelus Rocca Epiſcopus Tagaſtenſis à ſacris Pontificijs, vt ſingularia, ſua annotauit manu, vt in eius varijs manuſcriptis videre plane eſt. Tertium eodem modo in obitum Margaritæ Reginæ Hiſpaniarum, cui & Epigramma addi-

addidit, cum textura tali, *Margarita mortem cum vita, & regnum terreſtre cum Cæleſti commutauit.* Ibidem.

11 Poëma inſcriptum *Cardiographia.* Romæ apud Iacobum Laurum 1614. inſtar cordis in laudem Cordis S. Caroli Borromæi tunc Romam tranſlati promiſcuè exametris, pentametrisq; contexta ſexies Acroſtichos occurrentibus, interſecantibus, & componentibus: *Cor mundum creauit in Carolo Deus, & Spiritum rectum innouauit in viſceribus eius* cum argumentis, hoc eſt, vt vulgo loquar, impreſijs, quas ipſa continebant carmina, ad margines extractis. Extat Epiſtola Federici Borromæi Cardinalis ad Auctorem ſcripta Mediolano Kalend. Augusti 1612. in hæc verba. *Magis ne debeam ingenij acumen, an pietatem in tua S. Caroli Cardiographia mirari, incertus hærerem, vir clariſſimè, niſi alterum ex altero ſequi, & pietatem eſſe præſtantiſſimarum rerum parentem, & quaſi altricem cognitum mihi eſſet, penitusq; exploratum,* &c. Nonnulla etiam Epigrammata, quæ collegit, typisq; mandauit, Patritius Fattorius ciuis Romanus, qui etiam ſuas lucubrationes adiunxit. Romæ apud Zannettum 1614. in 4.

12 Multa quoque Epigrammata, & Odę in laudem Auctorum expreſſo nomine per annos xx. obiter ab ipſis accerſita, Romæ & alibi apud diuerſos Typographos. Epigramma in laudem Lauri, & Fragmentum carminis ex tertio *Itineris Lauretani*, nondum ab Auctore editi, laudantur ab eodem Lauro in libro de Annulo pronubo Virginis.

13 Multa item dictata, Pręfata in dedicatione diuerſarum Theſium, literæ nuncupatoriæ libris Auctorum præfixæ, apud diuerſos Typographos. Elogia, Inſcriptiones, & Epitaphia, ab amicis requiſita, tùm in marmoribus, tùm etiam in metallis inciſa diuerſis temporibus, per annos circiter viginti alieno, vel ſuppreſſo nomine Auctoris.

Edenda porrò penès ſe habet.

Orationum, volumina duo.

Elogiorum, verſu, & proſa, ſententijs, alliterationibus, & antithetis referta, Tom. II.

Epiſtolarum ad diuerſos, volumen vnum.

Carminum diuerſorum, volumina duo.

Hortum

Hortum ſimplicium puerorum Martyrum, & Confeſſorum, cum nanijs, elogijs, & hiſtoriolis.

Iter Lauretanum, iuſto volumine Elegiacè.

Galateum, Elegiacè cum *Notis, & antiqua conſuetudine.*

In Aphthonium de Elementis Rhetorica, & Rethorica.

De Opificio Epiſtolari, volumina duo.

De Logica, Phyſica, & Metaphyſica per Dialogum, volumina duo, quorum Inſcriptio erit, *Ariſtoteles Chriſtianus.*

Theatrum Sanctorum, per XII. menſes ita & totidem per Scenas diſpoſitum, & expoſitum, nouum ab Auctore inuentum, cum Iconibus, Odis, & Hiſtoriolis.

Quæ omnia idem Auctor ſcripſit, pinxit, & panxit.

Poëma Epicum, Latinè reditum ex Rhythmo Luſitani Poëtæ celebris Ludouici Camænij inſcriptum *Luſiada India Orientalis Argonauta*, in decem libros diuisũ, quod opus Auctor multis ab hinc annis elaborauit, diù expectatũ à ſuis ciuibus præcipuè à duobus magni nominis, ac ſplendoris Archiepiſcopis Olyſſiponenſi Metropolitano, & Braccharẽſi Primate Regni Luſitaniæ, vt ex eorum literis ad Auctorem ſcriptis, quæ leguntur in volumine literarum eiuſdem Auctoris, manifeſtò conſtat, Olyſſiponenſis verba in calce Epiſtolę hæc ſunt. *Omnem operam ſtudiumq; adhibe, vt tàm opus Camanij, quàm Epigrammatum à tuis manibus purgatum, ſeù purgatiſſimũ in lucem prodeat, vt dignus habearis laude, & praconio. Fauebit, non dubito, D.O.M. tuis incœptis. Vale Olyſſipone 17. Maij 607.* Braccharenſis verò ita ſe habent: *Debitorẽ me tibi magnum confiteor, ſiquidẽ ex locis ita longinquis*, Roma, *ad rem tanti pretij & ponderis, nimirùm traductionem Luſiadum latine à te factam me requiris, opus ſanè, quod ingenium tuum probè commendat: cuius notitiam & memoriam ex eo tempore, quò noſtra Conimbria Academia interfui, adhuc præſentem*, &c. *Bracchar. 21. Ianuarij 1628.*

Carmina item Elegiaca mille, & amplius, *de Natalibus Homeri*, à Leone Allatio pariter Elegiacis Græcis compoſita, & ab Auctore Latina traducta. De eo Andreas Victorellus in Recenſione nonnullorum Doctorum virorum, qui Romæ Autumno 1623. degebant, hæc habet, *Andreas Baianus in adoleſcentia Theologicos deguſtauit liquores, multis annis maiora*

ſtudia coluit, ſoluta, & vincta Oratione multa ſcripſit, Horatianas Odas, & quædam Ouidij opuſcula cultis carminibus ad pietatem reuocauit, Virgilium Græcis, Epicum Poëma Luſitanum Latinis verſibus expreſsit, coram Paulo V. Pont. Max. in Vaticana æde perorauit.

ANDREAS GELSOMINVS Corthonenſis Auguſtinianus edidit Italicè,

Origine, e Miracoli del Pane benedetto di S. Nicola da Tolentino. Romæ apud Guillielmum Facciottum 1630. in 12.

ANDREAS PERVZZINVS Italus Ord. Min. publicauit,

Speculum de Conceptione B. Virginis. Patauij apud Ioannem Baptiſtam de Maſtinis 1627. in 8.

ANDREAS VICTORELLVS Theologus, & Presbyter Baſſanenſis plura Latina, ac Italica lingua edidit,

1 *De Angelorum cuſtodia,* lib. II. ad Paulum V. Patauij apud Petrum Paulum Tozzium 1605. in 4.

2 *Della Cuſtodia delli Angeli, breue trattato per perſone ſpirituali,* à ſuperiori diuerſum. Venetijs 1616. in 8.

3 *Annotationi nelle lettioni della Diuina Scrittura dell'Officio dell'Angelo Cuſtode,* in 8.

4 *De Extrema Vnctione,* ad Paulum Sfondratum Card. S. Cæciliæ. Patauij apud Laurentium Paſquatum 1609. in 8.

5 In Manuale Martini ab Azpliqueta Nauarri, *Notas, & Appendices,* ad Cardinalem Burgheſium. Venetijs apud Marcum Guarinum in 4.

6 *De Miniſterij, & Operationi Angelice,* lib. VI. Cardinali Burgheſio. Vicentiæ apud Petrum Paulum Tozzium 1611. in 8.

7 In Aphoriſmos Confeſſariorũ Emmanuelis Sà *Annotationes, & locorum indicationes.* Brixiæ apud Ioannem Baptiſtam, & Antoniũ Bozzolũ 1609. Romæ deindè ſæpiùs, & alijs locis.

8 In Inſtructionem Sacerdotum Card. Toleti *Annotationes.* Venetijs ſumptibus Petri Pauli Tozzij 1604. in 4. Alibi etiam in Gallia diſtincto volumine editæ fuerunt. Eædem multis additis cum *Inſtructione* ſuis locis poſitæ prodierunt, bis Romæ apud Hæredem Zannetti, ſæpiùs Venetijs apud Marcum Guarinum, & alibi in 4.

9 *Glorioſe Memorie della Beatiſs. Vergine Madre di Dio,* &c.

Romæ

Romæ Typis Guillielmi Facciotti 1616. in 8.

10 *Hiſtoria de Iubilei Pontificij*, Cardinali Barberino. Romæ apud Iacobum Maſcardum 1625. in 8.

11 In librum *de Officio Curati*, Ioannis Baptiſtæ Poſſeuini *Notas*. Venetijs apud Antonium Turinum 1612. & Patauij, & alibi.

12 Ad Vitas Pontificum, & Cardinalium Alphonſi Ciacconij *Additamenta*. Item, Vitas Summorum Pontificum Leonis XI. Clementis VIII. Pauli V. Gregorij XV. Vrbani VIII. & multorum Cardinalium addidit. Eius ſtudium, & vigilias in conſtruendo hoc opere Epiſtola noſtra ad Bernardinum Biſciam præſtantiſſimæ indolis adoleſcentem, conati ſumus exprimere. Omnia ſimùl edita ſunt Romæ apud Impreſſores Camerales in fol. Tom. II.

13 In libellum de Sacramento ordinis Martini Furnarij è Societate Ieſu *Notas*. Venetijs apud Marcum Guarinũ 1622. in 4. & Romæ apud Hæredem Bartholomæi Zannetti 1625. in 4.

14 *Carmina*, varijs in locis ſparſim edita.

Præ manibus habet, aliquando etiam editurus.

De Officio Parochi.

De Caſibus reſſeruatis.

De Sacris Reliquijs.

De Miſſæ Sacrificio.

Varias diſputationes Theologicas morales.

Variorum, volumen.

Obſeruationes ad nonnullas Romanorum Pontificum Vitas.

Vitæ, ſeù Elogia hiſtorica nonnullorum Cardinalium S. R. E.

Exemplorum Cardinalium virtutes exprimentium, librum.

De rebus à Venetis praclarè geſtis.

Bonifatius VIII. Pont. Max. ex bona nota Scriptoribus defenſus.

Cardinalium exercitibus præfectorum defenſio.

Legi in Eundem cultiſſima Baltaſſaris Bonifacij Rodigini carmina, ea ſunt.

Sacra ſummus apex doctrina, quomodo tandem
Victorelle vales? Sit tibi multa ſalus.
Diſcipuli ſaluere ſat eſt, dixiſſe Magiſtri,
Haud opus ἐῤῥῶσθαι cum benè ſemper agas.

Nec male forſan ages, carmen ſi legeris iſthuc;
Qui meliora benis, vel mala ſæpè facis.
Quod ſi tam paruum non dedignabere munus,
In manibus poterit grandius eſſe tuis.

Ad Eundem.

Sollicitas, inſomnes amat Victoria curas,
Edidit hoc ſacro Delphicus ore Deus.
Nomine cum VICTOR clara de ſtirpe voceris,
Niteris, & factis VICTOR, vt eſſe queas.
Turpe tibi vitium, rudis & inſcitia victa,
Mentis, & ingenij, binus hic hoſtis erat.
Et meritò iam VICTOR ouas, VICTORq; triumphas,
Magne Vir, & verè nomine digne tuo.
Te ſiquidem docuit poſſes vt vincere monſtra,
Abſtinuiſſe pudor, ſuſtinuiſſe labor.

Ad Eundem de Angelis iterum ſcribentem.

Sanctorum liceat laudes extollere Sancto,
Deſcribatq; Choros Angelus Angelicos.

Honorifica de illo mentio fit à Ioanne Michaele Vim-Bodino in Medico Animorum, Bibliotheca Valentina, & alibi. *Andreas Victorellus in Hiſtoria Eccleſiaſtica valdè peritus, & in Theologia, quæ ad mores ſpectat, explicanda cum laude verſatus, quas ingenij dotes mirificè exornant candor in moribus, ac viri humanitas ſingularis. Ex cuius operibus nos non ſemel in noſtris exornandis adiutos ingenuè profitemur.* A Stephano Bubalo in opere Angelico, *præclarè etiam hac de re Andreas Victorellus, vt ſemper.* &, *Plura etiam eruditè Andreas Victorellus in aureo libello, De cuſtodia Angelorum.* Virgilio Cepario in Vita B. Aloyſij Gonzagæ, *Teſtis eſt prolixa iuxtà, ac elegans meditatio, quam P. Vincentius,* &c. *& Andreas Victorellus Doctor in eruditis ſuis libris, De cuſtodia Angelorum,* &c. Ioanne Lorino Commentarijs in Epiſtolam S. Iacobi, Antonio Poſſeuino in Additionibus ad Apparatum Sacrum, Reuerendiſſimo Merlino Rotæ Auditore in quadam Deciſione, Baltaſſare Bonifatio in libello Carminum editorum. Et *Antiquitatis Eccleſiaſticæ peritiſſimus*, ab Antiquitatis item Eccleſiaſticæ peritiſſimo Ioſepho Maria Suareſio in Corollario in librum Panuinii,

De

Digitized by Google

De conſecrando Agnos Dei, nuncupatur.

ANGELVS ALBANVS Vrbeuetanus edidit Italicè, *Innamoramento di doi fideliſſimi Amanti Paris, & Vienna*. Romæ apud Ludouicum Grignanum 1626. in 12.

ANGELVS AMATVS Aſculanus edidit, *Ariſteo, Fauola Paſtorale*. Romæ apud Iacobum Maſcardum 1628. in 12.

ANGELVS GABRIELLVS Nobilis Venetus edidit Italicè,

1 *Lettere di Complimenti ſemplici, & una ſcelta di Rime del medeſimo Auttore*. Brixiæ, apud Bartholomæum Fontanam, 1621. & alibi ſæpiùs in 12.

2 *Lettere di Complimenti ſemplici parte ſeconda*. Maceratæ apud Petrum Saluionum 1631. & alibi ſæpiſſimè in 12.

3 *Maria Vergine ritratta nelli fiori del Vecchio Teſtamento, Poema Sacro, Canti dieci*. Venetijs apud Hæredes Petri Farri 1628. in 12.

4. *La Diſperatione di Giuda, Poemetto*. Ibidem apud eoſdem.

5 *Geloſia Fauola, Paſtorale*. Ibidem apud eoſdem.

6 *Ciro, Tragedia*. Ibidem apud eoſdem.

7 *Scherzi, & Artificij*. Ibidem apud eoſdem.

8 *Duelli di Complimenti*. Ibidem apud eoſdem.

9 *Pentimenti pietoſi*. Romæ apud Andream Phœum 1632. Scripſit etiam, ſed non edidit, *Summam Summatum in regulas redactam*, &c.

Le Origini, e li Progreſſi delli Potentati di Europa.

ANGELVS GALLVTIVS Societatis Ieſu edidit,

1 Orationem *in funere Scipionis Cobellutij S. R. E. Cardinalis tituli Sanctæ Suſannæ*. Romæ apud Franciſcum Corbellettum 1626. in 4.

2 Orationem *de S. Roſalia*, habitam à Ioãne Maria Roſciolo in Aula Collegij Romani. Romæ 1629. in folio.

ANGELVS MARIA CHERVBINVS Flauij Cherubini frater, Monachus Caſſinenſis, cœptum à Laërtio Patre volumen *Conſtitutionum* quarundam, & multarum Gregorij XV. & Vrbani VIII. perfecit, editum Romæ ex Typographia Cameræ Apoſtolicæ 1632. ad Vrbanum VIII. in folio.

ANGELVS VICTORIVS Balneoregienſis Medicus dedit,

Medicam diſputationem *De palpitatione cordis, fractura coſtarum B. Philippi Nerij*. Romæ Typis Cam. Apoſt. 1613. in 4. Reliquit præterea. *Conſilia Medica*.

ANGELITA SCARAMVCCIA edidit,

1 *La Stratonica, Tragicomedia*. Venetijs apud Marcum Antonium Zalterum 1616. in 12.

2 *Gli Amori concordi, Comedia*. Maceratæ apud Petrum Saluionum 1618. in 12.

3 *Il Garbuglio, Comedia*. Maceratæ apud eundé 1624. in 12.

4 *La Schiaua di Cipro, Comedia*. Maceratæ apud eundem 1624. in 12.

5 *La Vagante d'Egitto, Comedia*. Romæ apud Petrum Saluionum 1631. in 12.

ANNIBAL PALMVCCIVS Patritius Macer. V.I.D. edidit, *Triumphum Pietatis de S. Iuone Pauperum Aduocato*, Panegyricum. Romæ apud Ludouicum Grignanum 1629. in 4.

ANTIOCHVS BRVNDO Calaritanus edidit, *Commentaria in Apocalypſim*, Tom. II. in folio.

ANTONINVS CELLIVS Ordinis Prædicatorum ex vniuerſa Sancti Thomę Theologia *Sacros Flores, de Gratia*, decerpſit, ediditq; Romæ apud Hæredem Bartholomęi Zannetti 1629. in 4.

ANTONIVS ABATVS in Nuptijs DD. Gaſparis de Torres, & Mariæ Serlupæ Italicè Epithalamium carmen, quod *Hymenæum* vocauit; conſcripſit. Romæ apud Franciſcum Caballum 1631. in 4.

ANTONIVS AIOSSA Neapolitanus Cler. Regul. vulgauit, Diſputationes *De auguſtiſsimo indiuiduæ Trinitatis Myſterio*, in Summam D. Thomæ de Aquino, ad D. Franciſcum Perettum. Romæ apud Franciſcum Caballum 1631. in folio.

Hodie vigilat Philoſophicis lucubrationibus edendis. Eum Boluitus vocat, *virum profundæ ſpeculationis*.

ANTONIVS BRVNVS plura Italicè cecinit ſæpiùs apud diuerſos Typographos, cuſa, præcipua ſunt,

1 *L'Epiſtole Eroiche*, lib. II.

2 *Le tre Gratie*.

3 *La Ghirlanda*. Vrbini Ducis Elogium.

4 *Il Preſagio*. In Nuptijs Principis Venuſini.
5 *Per la Pace d'Italia, Canzone*.
6 *Le Veneri*. Neque annum, neque locum Editionis hic noto. Hęc enim vna res turbat Typographos, ne vnus ab alio in prędictorum operum editione negligentior, fructum, ac commoda, quæ ſibi indè certiſſima expectat, amittat. Vtinam etiam, quæ ſibi ſoli fouet, in vulgus emitteret. Namque audio penès eum latere.

Le Riſpoſte all'Epiſtole Eroiche.
Le Metamorfoſi Poema in Ottaua Rima.
I Fasti Poeſie Liriche.
Muſeo Poeſie Liriche.
Radamiſto, Tragędiam. & ſoluta oratione.
Due volumi di Lettere, alterum Vrbini Ducis, & Cardinalis Gypſij nomine, alterum ſuo conſcriptum.
L'Academico. In eo plures Orationes, ac Diſcurſus Academici continentur. Ego priùs illius Gratias Epigrãmate ſalutaui.

Μνημοσιώνης θύγατρες χαρίτων ἔραν ἦμεν ἀτερπεῖς
  Εὐμόις. οὐ γὰρ ἔχειν ἀρχὴν ἐῶν ὀάρων.
Κείνας Πυρλώλωπι, καὶ ἐς Πίμπλειαν ἰούσας
  Ἰθυώειν Λητοῖς Αἰγιόχου τε παῖς.
Ὤχθισαν Εὐρυνόμης φίλα φάεα. πρὸς δὲ γυνὴ
  Ὀρχίζει γυναικῶν ὕβειν ὅπως ἐλάσῃ.
Νεῦσε καταρρέζων, Χαρίτεσσί τε Βρομίου ὀπάζει
  Τόσσον ἔμεν πάσαις ἔργου ἔποις τε πρόμον.
Τόσσον Λητοΐδου προφερέστερον. ὅσσον ἀρείους
  Πιερίδων Χάριτες, παρθένοι αἰνογάμων.

Et nunc eius Veneres carmine Pindarico veneratus ſum.

Ὠγυγίων φάτις ἦμεν
Διπλόαν ἔννεπε Κύπριν,
Ἰὼ μὲν ἀφρανθεὶς ἀμήτο-
ρ' Οὐρανὸς ἐν γυάλοις
Ἐπέσπειρε Καλλίστην Θεῶν
Ἔκγονον οὐρανίαν,
Τῆς δ' αὖ θαλέθοντε Διώνης ἐκδρέπων
Καρπὸν ἥβης Ζεύς ποτὶ παιδὸς ἔκυρσεν.
Ὅτι δ' ἔβλαστε πόδῳ

Φύτλης ἀποσπασθεῖσ᾽ ἀκη-
ράτοισι πάντων ἱμέροις
Πάνδημος ὤφθη. ——
Σεμνὰ τέκη, γόν᾽ ἀκήρων
Ἐκ λαγόνων ἀποθρώσκων,
Θεοκέλοις ὄλβοις θαητὲ,
Ὀρφανὲ πάμπαν ὕβρεως
Ὕψιστον ἀκτῖν᾽ ἐργμάτων
Ἀμφοτέρων ἀστράπτοις,
Τὶς φλαῦρος ἐλέγχεσι δυνάσαις ἔχει;
Τὶς Θεάων νύκιστον ἀεὶκιστιν αἰδῶ;
Πάντες ὅσοι μέλεσι,
Φωνῇ τ᾽ ἐνήρμοσσαν λόγοις.
Τῷ κεν βροτῷ ἐν παίδεσσι
Μομφὴν ἐπέχον. ——
Πηγάσιδος μέχει Βρουῦος
Ουασι, καὶ περιπόδεσσι
Νέκταρ ἐκ Κρήνης ἀφύσσας
Ιπποι, ὦρτο κλέος
Πρόφρων αἰωνίστοις φέρων.
Καὶ Χαρίτεσσι Κύπρις
Ζωνόον ἄπο βάλλεν ὄνειδος, καὶ φυλὴν,
Ην γυναῖς πρώην ἔχον, ἔκδοτ᾽ ἀμείνω.
Κέρτομε, σῖγα μένε,
Δὴ γὰρ σὺν δ᾽ ἐρκτῇ Κύπρις
Οὐδὲν Θεῶν τι μείονες
Ἔσονται δ᾽ ἀκλέες.

Aliorum in virum Elogia, & Iuditia prudentia, ſinceraq; integris voluminibus proſtant. Nolo noctuam Athenas vehere. Dabo tibi tamen, Lector, cultiſſimam optimi, pręſtantiſſimiq; Pauli Bombini de Bruni ingenio, ac laboribus Epiſtolam ad me ſcriptam, ſed integram, ἵνα μὴ τὰ κάλλιστα ἀποκερματίσω. Habebis ſimul Ambroſianę Bibliothecę, & Torquati Taſſi, illiusq; diuini operis ſpecimen. Paulus Bombinus Leoni Allatio χαίρειν. *De Bibliotheca Ambroſiana; quale ſit meum iudicium, quaeris ex me, mi Allati. Nihil miror eum, qui* βιβλιοθήκην *meditetur, De Bibliothecis quaerere. Primum omnium ſcito, poſſe*

te quantumcumque librorum parere, non defuturum, illa in Bibliotheca, vbi collocetur. Aula eſt ampliſsima, fornicata, coronarij operis inaurati, quæ proiecturas Architectus iuſsit, & coronamenta. Forulos, & loculos aptè vndiq; diſpoſitos, libris vtique non contemnendis, ſi de omnibus loquamur, etiam ſingularibus, ſi de quibuſdam, plenos. Cuſtodes, ac Βιβλιοφύλακας *habet multos, modeſtos, comes, planè quibus libenter illud Horatianum ſedeat,*

——— ſuper omnia vultus

Acceſsêre boni. *Ita non modo confluentibus præſto ſunt, ſi quid velint, ſed ſingulari humanitate, nullo tædio tam faſtidioſæ aſsiduitatis victi, quod tam pronum eſt, omnibus occurrunt, omnes iuuant. Vidi ea in Bibliotheca aliquot mihi notiſsimorum Autographos labores, in ijs Torquati Taſsi. Probaui Chirographum. Literis vtitur claris, interpunctionibus diligentiſsimis, verſus diſtincti.* Οἰκονομίας *illa diuini operis tam concinnè diſtincta, vt ingenium in ijs contemplere, graue, grande, perfectum tamen ſtudio, & labore. Narro tibi. Antonio Bruno meo, auctor ſis, vt quæ tam illuſtria carmina, ſiuè cecinit adhuc, ſiuè meditatur, huc tranſmittat, poſteritati, non dicam, ſed immortalitati, hinc tranſmittenda. Scio equidem illa, ſemel fama per typos, & publicæ notitiæ commiſſa, ſine vllo vel Ambroſianæ, vel (ignoſcat Romanum faſtigium audaciæ) Vaticanæ Bibliothecæ præſidio, ætatem latura, & poſteritati etiam ſuperfutura: Et, ſi populatrices illæ extremi rerum omnium funeris flammæ, parcere cuiquam rei, ſcirent, audeo dicere, de poſtrema illa quoque conflagratione, victoriam eſſe reportatura. Sed tamen, eſt omninò aliquid, etiam mortuis, brutiſq; rebus, purpura, & auro, ſi non veſtiri, certè circumfoueri, & omninò ſplendeſcere; & præconem habere non vnum ex triuio, ſed ſelectum è Collegio (Ambroſianum Collegium ſcis illi Bibliothecæ præſidere) ſuccinere ſpectatoribus. hic ille. Scis veſtra illa Demoſthenica,* ἐκεῖνος ἐςὶ. *Sanè Allati, abſit verbo iniuria, nullius in hac nobiliſsima Italiæ plaga, vatis carmina tanto in pretio ſunt. Vnus Brunus hic legitur, vnus auditur, vnus canitur, vnus canit. Scis me Italica hæc noſtra non multum callere, quamquam aliquid etiam in hoc genere me videre, multi*

velint

velint. Ego multa vidiſſe, legiſſe, audiſſe non diffiteor: Sed tamen iſti noſtri Apollinis Italici aſſeſſores ita iudicant. Nihil Bruni carmine elegantius, nihil floridius, ver perenne. Neque verò ſine fruge. Solidè ſapientem, antiquitatis peritum, morum non vt multi corruptorem, ſed ſapè magiſtrum, ſemper intrà officium. Sententijs grauem ſimùl, & viuidum. Luminibus ingenij, ac doctrina, elocutionis ſuauitate, toto carminis genere, digniſſimum legi, laudari, coli, inter ſacros illos æternum victuros vates, in Elysijs, vel Lauretis, vel Myrtetis, conſecrari. Hæc illi. Quibus ego ita adcinnere ſoleo, vt addam. Quid ſi illum familiari conſuetudine notum haberetis? Prorſus hominem, ſicuti nunc carmina, inter Cœleſtia Θεῶν δῶρα, *numeraretis. Quid vnquam illo ſuauius? Quid amicis addictius? Quid candidius? Ego illum colo. Quid putas Allati? Hic plauſus omnium, & aliquorum inuidentia. Sed inuideant licet. Ego mihi, quod veſtri ſimilibus non diſpliceo, vnicè placeo, & te amo. Redama, & vale. Et Bruno meo, meo nomine ſalutem, cui caue hanc Epiſtolam properantis calami oſtendas. Ingratijs nata eſt, dum iratus occupationibus meis, quid vellem, non quid poſſem de Bruno meo dicere, ſeù ſcribere ſignificaui. Vale, Mediolani a. d. Kal. Septembrium Anni Salutis CIↃIↃCXXII.*

An hęc ſine piaculo, cum de literis agitur, ommitti poterant?

ANTONIVS CASSILIVS Neapolitanus è Societate Ieſu compoſuit,

Introductionem in Ariſtotelis Logicam, & reliquas diſciplinas. Romę apud Franciſcum Corbellettum 1629. in 8.

ANTONIVS FRANCISCVS TEMPESTINVS edidit Italice,

1 *Panegirico di S. Bonauentura*. Romę apud Iacobum Maſcardum 1630. in 4.

2 *Il Parnaſo*, Epithalamium in Nuptijs Alexandri Cherubini. apud Impreſſores Camerales in 4.

3 *La Gloria Poeſia*, ad Sfortiam Pallauicinum. Æſij apud Gregorium Arnazzinum 1633. in 4.

4 *La Querela d'Aſtrea*, Idillium in obitum Iulij Coronæ. Romæ apud Guillielmũ Facciottũ 1631. in 4. Editurus præterea,

Le Rime.

I Salmi.

Le

Le Proſe Volgari, e Latine.

Gli Applauſi ne i Trionfi di S. Tomaſo d'Aquino, Poëma mimicum.

Il Candaule, Tragędiam.

Il Iepte, Tragędiam.

Tractatum, *de Componendis Epitaphijs.*

De varia Somniorum obſeruatione, Opuſculum.

Naturalium Quæſtionum Syluam.

ANTONIVS FRVGOLVS Luccenſis edidit Italicè,

Prattica, e Scalcaria intitolata, Pianta di delicati frutti, quinque libris comprehenſam. Item

Trattato dell'Inuentori delle Viuande, e Beuande così antiche come moderne, tradotto da lingua Armenica in Italiana. Romę apud Franciſcum Corbellettum 1631. in 4.

ANTONIVS GERARDVS Romanus edidit Italicè,

1 Narrationem, *de Ceremonijs, & Proceſſione factis in Canonizatione S. Andreæ Corſini.* Romæ apud Hæredem Bartholomęi Zannetti 1629. in 4.

2 *Compendio della vita, opere ſante, e Miracoli del B. Giò di Dio.* Romæ Typis Ludouici Grignani 1631. in 8.

ANTONIVS GERMANVS edidit Italicè,

Giardino di Sentenze Volgari, e Latine di diuerſi Auttori Antichi, e Moderni. ad Vrbanum VIII. Romæ apud Ludouicum Grignanum 1630. in 12.

ANTONIVS IORDINVS à S. Floro è Societate Ieſu Theologus edidit,

1 *Primigenias Hebraiſmi voces, centenis verſuum decadibus comprehenſas.* His acceſſit *Decas Animaduerſionum ad eaſdem.* Lugduni ſumptibus Claudij Landry 1624. in 8.

2 *De Poëſi Hebræorum*, eſt in typis.

ANTONIVS LITTERATVS Albetanus Ciuis Rom. edidit,

Summam compendioſam Sacramentorum Eccleſiæ, Caſuum conſcientiaq; ac de nonnullis Theologicæ veritatis reſolutionibus. Romæ Typis Iacobi Maſcardi 1611. in 4. & Italicè.

Sermonem *de Christi Natiuitate*, cum eadem Summa.

ANTONIVS MARINARIVS Carmelita Gryptalienſis Sacræ Theologiæ Lector edidit,

1 Ora-

1 Orationem *de B. Andrea Corſino*, quam habuit die 3. Maij MDCXXIX. in Eccleſia S. Mariæ Trans-Tiberinæ. Romæ apud Iacobum Maſcardum 1629. in 4.

2 Orationem *in Funere Cardinalis Millini*. Romæ apud Eundem in 4.

ANTONIVS MONTIS-CATINI Conſiſtorialis Aulæ Aduocatus edidit,

Orationem *de B. Andrea Corſino Canonizando*, coram Vrbano VIII. Romæ in 4.

ANTONIVS NALDIVS Fauentinus Clericus Regularis Excellentiſſimæ D. Conſtantiæ Barberinæ à Confeſſionibus, ex Vniuerſæ moralis Theologiæ Quæſtionibus, *Summam* Alphabetario ordine digeſtam collegit, editam Bononiæ apud Sebaſtianum Bonomum anno 1618. in 4. & anno 1623. exierunt nonnullæ *Additiones* in eandem *Summam*, Bononiæ ex Officina Theodori Macheronij in 4. Dedit præterea.

Annotationes Practicas, ad varia Iuris Pontificij loca, ex nouiſſimis Pontificum Romanorum Conſtitutionibus excerptas ad Antonium Barberinum S.R.E. Cardinalem. Romæ apud Guillielmum Facciottum 1631. in 4.

ANTONIVS QVÆRENGVS Patauinus edidit,

1 *Poeſie volgari*, Duci Parmenſi. Romæ apud Guillielmum Facciottum 1616. in 8. & alibi ſæpiùs.

2 *Exametri Carminis*, lib. VI.

3 *Rapſodias Variorum Carminum*, lib. V. Franciſco Mariç Feltrio de Ruuere. Romæ apud Ludouicum Grignanũ 1629. in 12. Plurima vtraque lingua conſcripſit, Præcipuè in lingua Latina illa locum habent,

De Marci Varronis diuiſione, qua ſe definito complexum numero eſt arbitratus omnes Philoſophorum Sectas, quæ vel fuiſſent aliquando, vel eſſe poſſent.

De geminis Nobilium Diſciplinarum Officinis, quarum ex altera ἐνδιάθετος λόγος *ex altera* προφορικὸς *ſui ſibi rectè obeundi muneris comparant inſtrumenta.*

De Præſtantium Linguarum cognitione, quarum incorruptus vſus familiaris inter ineruditos prorſus intercidit libri tres. Primus, de Vtilitate, & Neceſſitate. Secundus, de breuiſsima,

&

& certiſsima Methodo. Tertius, de Iudicio in delectu pro veritate argumẽti Veterum Scriptorum, quos laudabiliter imitemur.

De Triplici Rhetorica.

De Ideis Hermogenis.

De Imitatione Veteris Eloquentia, ad Vincentium Quirinum.

De Analytica methodi in vtraque Philoſophia indifferẽti vſu.

Quos habemus Ariſtotelis Topicorum libros non eos videri, ex quibus Cicero, ac Themiſtius ſuam Locorum enumerationem deſumpſere.

De naturali Verborum ſignificatione, quo quis modo facilè conciliare poſsit cum Academicis Peripateticos.

De iudicio Dionyſij Longini in Comparatione Demoſthenis, & Ciceronis.

De vnica totius Politica diſciplina methodo, & Auerrois vera ſententia in explicatione ſubiecta materia librorum ad Nicomachum.

De Platonis, Ariſtotelis, & Polybij politicis in rebus diſſenſione.

Quarum artium vniuerſalis Politica ſit præſertim Architectonica.

De Hiſtoria Pragmatica Polybiana triplici fine, vndè Scriptoris officia, vel negligenter, vel prauè à Luciano tradita eliciuntur.

Vitarum Hiſtorici, qua in re differant à Pragmaticis.

Cornelij Taciti Hiſtoriam falſa coniectura in duo genera diuidi.

Homerum à Socrate iurè eiectum è Repub. nec tamen eundem ſibi contradicere cum varijs in locis inducitur à Platone eius Poëta magna cum laude mentionem facere.

Epitome tertij tumultus Belgici, Alexandro Farneſio prouinciam adminiſtrante.

De Xenophontis Artificio, quo Principum, vel leges, vel mores citrà periculum reprehendi poſſunt.

Pendaſius, ſiuè de anima immortalitate, libri duo.

Hiſtoriæ rerum ab Alexandro Farneſio in Belgio geſtarum partem deguſtauit Paulus Gualdus Vincentinus, reiq; ſpetie pellectus, quid ipſe de ea ſentiret, voluit teſtatum poſteris eſſe in Vita Vincentij Pinelli. *Antonium,* ait, *Quarengum Canonicum Patauinum dilexit,* Pinellus, *vnicè allectus ſuauitate morum,*

animi candore, diuinarum, humanarumq; rerum, & nobilium linguarum notitia penitiore. Vidit hac probe Ranutius Parmæ Dux, non paternis tantum laudibus inſignis, à quo eſt euocatus Quarengus ad Hiſtoriam conſcribendam, qua res ab Alexandro eius patre clariſsimo Imperatore in Gallia, & Belgio fortiter geſtas pro dignitate complecteretur. Eius ego ſpecimen hiſtoriæ, ac veluti vniuerſæ narrationis typum, viſum, & laudatum magnis viris perlegi ſumma cum voluptate, gratulatusq; ſum ſeculo noſtro extare, quod & in hoc genere conferre cum optimis antiquorum poſsimus. Et Iacobus Philippus Thomaſinus in Tito Liuio pag. 75. *At enim imaginem Patauini Liuij conata fuerit antiquitas abolere, ea re quidem certè minus ideò nobis dolendum eſt, quod rediuiuum illum intueamur in altero Patauino Ciue longè clariſsimo, ANTONIO QVAERENGO, cuius ſcriptis, quam diù Latinæ, Hetruſcaq; florebunt literæ.*

Semper honos, nomenq; ſuum, laudesq; manebunt.

Hic enim ſeculi noſtri Liuius iure omniū ore colitur, ſalutatur, cum nullus eo propius Liuij ſtylum attingat, ſiuè locutionem eius grauem, & candidam, ſiuè rerum geſtarum narrationem, ſiuè locorum deſcriptiones ſpectes. Nouit id ingeniorum acerrimus æſtimator Perronius S. R. E. Card. qui cum Henrico IV. Magno præſtantiam illius ſuis ex meritis adumbraſſet, in cauſſa fuit, vt ab eo Lutetiam Pariſiorum magnis propoſitis præmijs fuerit euocatus, quo ſua egregia, regiaq; facinora literis conſignaret. Nouit & Ranutius Farneſius, magni æquè animi, ac ingenij Princeps, qui vnum illum Parmam accerſijt, vt is ſibi pro dignitate ſcriberet res in Belgio, & alibi ab Alexandro Patre, & Imperatore fortiſſimo geſtas, quod egregiè re ipſa præſtitit, ſecutus tanti Principis iudicium immò, & feliciter aſſecutus. Aemulatur illè ſcilicet ea in vberrima ſegete pulcherrimarum rerum Liuium conciuem ſuum, eundemq; nobis graphicè repræſentat, &c. Traditq; diuinæ ſcriptionis exemplar vnum extare penès eius Fratris filium Flauium Quærengum, alterum apud Hiſpaniarum Regem, Tertium in Bibliotheca Farneſiorum Ducum, Quartum in Muſęo Illuſtriſſimi, ac Excellentiſſimi viri Dominici Molini. Lingua verò Hetruſca ea abſoluit.

Inſtruttione al Sig. Card. d'Eſte nel ſuo viaggio di Spagna.

Con-

Conſiderationi al medeſimo, intorno alle offerte del Marcheſe di Couré, in nome del Rè di Francia.

Delle qualità de' Nuntij deſtinati dal Papa à diuerſi Prẽcipi.

Dell' apparente ingratitudine del Popolo Ateniense verſo Pericle, e gli altri ſuoi gran politici, commendata giuſtamente da Socrate.

Perche Platone nell'Epitaffio chiami Ariſtocratia il gouerno popolare d'Atene.

Nuouo Artificio di biaſmar ſenza pericolo il gouerno publico, inuentato da Senofonte.

Lettioni Academiche, e Dialoghi diuerſi.

Dell'Origine, & Vtilità dell'Academia.

De' proprij ſuggetti loro.

Della vera deffinitione dell'Honore.

Della radice di tutti gli affetti humani, ſopra alcuni verſi di Dante.

De'rimedij d'Amore, ſopra vn Sonetto del Caſa.

Dell' antro Homerico, Impreſa dell'Academia de'Ricourati di Padoua.

Dell'Allegoria della Comedia di Dante.

Delle ragioni che induſſero il Taſſo à far vna noua Geruſalem.

Della cognitione delle tre Lingue più nobili.

Della proprietà vnico, e ſecuro fondamento d'apprenderle facilmente.

Dell'vſe loro ne'noſtri tempi.

Delle due ragioni addutte da'Platonici contra l'inuentione del ſcriuere.

Il Taſſone primo, ouero delle oppoſitioni fatte all' Iliade d'Omero.

Il Taſſone ſecondo, ouero della dottrina di Virgilio.

Le Sette di Filoſofi moltiplicate in eccesſiuo numero da Varrone diſtinguerſi per doi ſole differenze ſpecifiche, che ſono la diuerſa opinione del Criterio, e la diſcordia circa l'vltimo fine.

Il verſo d'Omero che chiude il duodecimo libro della Metafiſica eſſer fallace per lo più ne i gouerni humani.

L'Aritmetica Teologica di Nicomaco à torto eſſere giudicata Sofiſtica da Focio.

In-

Introduttione allo ſtudio delle Leggi Canoniche.

La Sindereſi, ouero dell'Ingratitudine amoroſa.

Il Parallelo, ouero del vero modo di paragonare frà loro i gran Capitani.

Parallelo di Ceſare, e di Aleſſandro.

Raccolta di diuerſe Poeſie Volgari.

An non ergò vera ſunt, quę de illo Laurus ſcripſit in Orcheſtra? *Vno Antonio Querengo, ex illa militia contenti ſumus, Græcè Latinèq; ſcientiſsimo, cuius amœniſsimos congreſſus Aeſchines Socraticus admiretur, delicijs Muſarum grauiter lenocinantibus. quibus aures cordatioris aula, vti Hercules Gallicus, catenulis vinctas tenet.* & Victorellus in Appendice ad Cardinalem Commendonum in Vita Pij IV. operis Ciacconiani. *Laudauit olim celebrem Cardinalem eleganti Elegia, cum eſſet adoleſcens, Antonius Querengus doctrina, & eloquentia Vrbi notus.* Ad Elogium item Card. Flauij Vrſini in eiuſdem Pij IV. Vita, *Antonius Querengus Pontificius Referendarius, humanitate, & doctrina inſignis, Cardinalis huius anno ipſo, quo deceſſit ab Epiſtolis, multis præclariſq; virtutibus tùm,* Flauium Vrſinum Cardinalem, *excelluiſſe, me audiente narrauit, & olim carmine funus illius cohoneſtauit.* in Elogio item Card. Eſtenſis à Clemente VIII. creati. *Antenium Querengum Latini Sermonis candore, & eruditione Romæ alibiq; notum liberaliter domi ſua aluit, pingui annuo cenſu auxit, & Philoſophiam docentem auide audiuit.* Sed inſtar omnium erit, Laurentij Pignorij de Quærengo Elogium. *At te Antoni Querenghe clariſsimum Vrbis noſtræ ſidus, an non magno cum flagitio permittemus, in concinnis quibuſdam paginis obrutum veriùs, quam laudatum ire in plauſum poſteritatis? Ita ne vero, te, quem ſummi viri ſuſpiciunt, quem docti amant, cui contigit raro exemplo gloriæ tuæ ſuper viuere, & ſcripta de te carmina, & grauia eruditorum teſtimonia audire, & lectitare, nos indictum ſinemus? minime gentium. Imò hæc noſtra verba, vt extollant ſeſe altius, innitantur feſtigio iſti tuo, quo nunquam per ſè ipſa, improbis etiam votis perſuaſiſſent. Quod Antonij nomine proauum tuum referas Antonium Cardelinum Maximiliano I. Aug. à conſilijs, & Tridento præfectum: quod tu & ſigillatim Flauia Vrſine,*

Vrſino, Inico Aragonio, Alexandro Eſtenſi, ſacra purpura luminibus, & generatim venerando ampliſſimorum Patrum Collegio, poſt Cardinalem Antonianũ fueris ab Epiſtolis: Quod quinque Summorum Pontificum Sixti V. Vrbani VII. Gregorij XIV. Innocentij IX. Clementis VIII. ſacris Comitijs interfueris: Quod à Ranutio Farneſio, accerrimi iudicij Principe, accerſitus fueris ad praſcribendas pro dignitate res in Belgio, & alibi ab Alexandro eius Patre Imperatore fortiſſimo geſtas: Quod ab Henrico IV. Magno, Cardinalis Perronij monitu, Lutetiam Pariſiorum fueris euocatus, magnis propoſitis pramijs: Quod te Leo XI. Romã accerſiuerit: Quod idem Paulus V. cui primum ab intimo cubiculo fueris, tùm vtriuſque, vt vocant, Signatura Referendarius, Pralatusq; domeſticus: approbantibus hac dignitatis tua incrementa Gregorio XV. & Vrbano VIII. hac ſanè omnia alijs paratioribus natura, vel doctrina, ad dicendum praſidijs explicanda permittemus. Nos tuam ſuauitatem morum cum eximia probitate coniunctam pradicabimus. Nos te literarum humaniorum decus. Nos te carminum non noſtri aui praclarum artificem. Nos te grauiorum diſciplinarum apprimè conſcium dicemus. Quodq; omnes laudationes excellit, referemus, te Maximo Principi Vrbano à ſimilitudine ſtudiorum, & morum candore vſque adeò innotuiſſe, vt ille tecum non paucas horas ducere, & iam olim, & hodiè conſueuerit. Quod verò, & raram prudentiam, & rerum vſum multiplicem, & beatam eloquentiam promas, vbi, & quoties libuerit, id tenui, & ieiuna oratione, cuiuſmodi noſtra eſt, nemo ſibi ſumat deſcribendum. Hęc de Quęrengo Pignorius. Qui vir? ſi Literatorum omnium calculum attentè ſpectas, ſapientia, eruditione, latina facundia, moribus ſuauiſſimis ſummus. Illius laudes, aliorum de eo iudicijs, & teſtimonijs, non minori facundia nobis Iacobus Philippus Thomaſinus libello de eius vita edito adumbrauit. Ego ſanè illius amicitia nimium me amabam, & me ſolum, quoties illius mihi redderentur Epiſtolæ, beatum putabam. Quindecim antequam moreretur dies, cum illius Origines Patauinas euoluo, ne in tanta rerum omnium eloquentia ipſe ſolus ſilerem, carmina quædam Græca effudi. effudi. Quidni? ſine vllo artis lenocinio, & verborum fuco animi mei ſenſum purè enunciaui. Neſcio an ſanus, vel tum

 pri-

mum mortifero peſtis tunc Patauij craſſantis ictu cōfoſſus,(poſt paucos dies hanc vitam cum æterna commutaſſe, certum eſt) carmina mea ad sè miſſa relegit,& non paſſus vinci humanitate, vir humaniſſimus, politiſſima ſua, reddam enim illi voces ſuas, reſcripſit. Malè de amicis tanti Viri,malè de poſteritate mererer,ſi ea,quibus reliqua omnia ſigillauit ſua,hoc meo Opuſculo non recluderem. Conſulam alterum potiùs commodo, quam modeſtiæ meæ; & dummodò Pignorius ſua laude non careat, rubore ipſe ſuffundar. Mea ergo ad Pignorium ſunt,

Ἀντήνωρ ἐφύτευσε πάτρης ἄπο τῆλε πεσούσης
  Εὐγανέοις ἐν ὄρεσιν ἄφθιτον ἠώρην.
Ἀλλὰ χρόνος μιν ἔδαψε, βυθῷ τ' ἐνικάββαλε λήθης
  Οὐδ' ἡ οἷον ἔφυ, φῶτες ἴσασι μόγις.
Εἵλκυσε ὀβελίσκῳ ἀπὸ φρείατος ἴδμοσι τέχναις
  Πιγνόριος χρυσέαις ἐν σελίδεσσι γράφων,
Κεῖτο νέος ξυλόχοισιν ἀκλειαθεὶς Γανυμήδης
  Οὐ βουλῇ μακάροις τίμιος, οὔτε λόγῳ.
Ζεὺς δὲ νέος μιν ἄειρε διδοὺς ναετῆρσιν Ὀλύμπου,
  Καὶ δώροις μορφὴν θήκατο θειοτέρην.

Hæc ſic vertebat ſpectatæ literatuæ iuuenis Ioannes Argolus,

Antenor procul à Patria fundauerat Vrbem,
  Non defuturam finibus Euganeis.
Sed tempus contriuit edax, obliuio cepit,
  Vt quoque ſi fuerit, mens dubitare queat.
Extulit è puteo Lethes verum antlia penna
  Pignorij, auratis dum linit in folijs.
Idalius Iuuenis ſiluis ſine honore iacebat,
  Expers eloquio, conſilioq; Deûm.
Iuppiter euexit, & ciuem dixit Olympi,
  Munere diuinum fecit & opprobrium.

In mea verò Pignorius fecit,

Excitat æterno reduces dum carmine Muſas
  Doctorum Allatius flos Heliconiadum;
Vrbs Patauî exclamat, Superi vos cernite, quantum
  Surgat Silua meis Laurea Originibus.

ANTONIVS SANCTORELLVS Societatis Ieſu edidit,

1 *Variarum Reſolutionum*, Par.I.apud Grignanū 1625. in 4.

2 *Vita*

2 *Vita di Gieſù Chriſto, e Maria Vergine*. Ibidem 1625. in 8.

3 *Trattato del Giubileo dell'Anno Santo, e delli altri Giubilei*. apud Maſcardum 1624. in 12 & Grignanum 1625. in 12.

4 Tractatus, I. *De Hæreſi*. II. *De Schiſmate*. III. *De Apoſtaſia à Fide, & Religione*. IV. *De Confeſſarijs ſolicitantibus in Confeſſione, & de obligatione eos denunciandi Inquiſitoribus*. V. *De Blaſphemia*. VI. *De Maledictione*. VII. *De Auctoritate Romani Pontificis in his delictis puniendis*. Ad Mauritium Cardinalem à Sabaudia. Romæ apud Hæredem Barth. Zannetti 1625. in 4.

ANTONIVS TVMBA Ordinis Minorum Obſeruantiæ, Fanenſis, ſcripſit ſingulari artificio,

Perpetuum recitandi diuinum Officium ordinem. Romæ Typis Vaticanis 1628. in 8.

ANTONIVS VVLPES de Monte-Piloſo, Ordinis Minorum Conuentualium, conſcripſit,

1 *Sacræ Theologiæ Summam Ioannis Scoti, & Commentaria*, quibus eius doctrina elucidatur, comprobatur, defenditur, Tomus I. partis primæ. Neapoli apud Scorrigium 1622. in fol.

2 Tomus II. partis primæ. apud eundem in fol.

3 Tomus III. partis primæ. apud eundem 1628. in fol.

4 Tomus I. partis ſecundæ. apud eundem 1631. in fol.

5 Tomus II. ſecundæ partis. apud eundem 1632. in fol.

ARCHANGELVS CARACCIA de Ripalta Montis-Ferrati, S. Theolog. Magiſter, Ord. Prædic. onus interpretandi Sacram Theologiam laudabiliter exercuit Boſchi, Alexandriæ, Papiæ, & tandem in almo Bononienſi ſtudio. Indè Romam ad procurandam Canonizationem Pij V. delectus, ad hunc diem in hoc negotio occupatur. Opuſcula eius impreſſa ſunt,

1 *Libellus Sanctiſſimi Roſarij*, primùm Alexandriæ per eundem 1598. poſtea ferè in omnibus Ciuitatibus Italiæ, tandem ab eodem Auctore auctus, & correctus. Romæ per Guillelmum Facciottum, & denuo anno 1627.

2 Tractatus, *de Quarta Funeralium*. Alexandriæ 1596.

3 *Vita S. Baudolini Epiſc. Alexandriæ*. Ibidem 1600.

4 *De Miraculis à Deo patratis à quadam B. Virginis Imagine*, quæ ſeruatur Mantuæ in Monaſterio S. Vincentij Ordinis Prædicatorum. Brixiæ per Perſegnum Calcographum 1602.

D 2 6 Vita

6 *Vita Pij V.* Papiæ, per Iacobum Ardizzonum 1615.

7 *Breuis enarratio Geſtorum Pij V.* ex proceſsibus Canonizationis extracta. Romæ Typis Guillielmi Facciotti 1629. Nunc inſudat in pręgrandi Opere conſcribendo, *de Geſtis Pij V.* quod, annuente Deo, ſuo tempore in lucem prodibit. Illius meminit Fernãdez in Not. Scriptor. Pręlicat. Familiæ, pag. 238.

ARSENIVS, ASCENSIONIS dictus, Auguſtinianus, ex eorum numero, quos Reformatos vocant, edidit Italicè,

Vitam Ioannis de S. Gulielmo. Firmi in 8.

ASCANIVS TAMBVRINVS Mon. Vallis-Vmbroſæ edidit,

De Iure Abbatum, & Prælatorum, Tom. I. editum Romæ ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ 1629. in fol.

ATTILIVS MARCELLINVS edidit,

Ad Sepulchrum Principum Apoſtolorum pro Vrbano VIII. *Romam Vouentem*, Carmen. Romæ apud Grignanũ 1630. in 4.

AVGVSTINVS BARBOSA, Oppidi Vimaranenſis, Braccharenſis Diœceſis in Luſitania, I.V.D. Protonotarius Apoſtolicus, & inſignis Eccleſiæ Vimaranenſis Theſaurarius Maior, Filius Doctoris Emmanuëlis Barboſæ Aduocati Regij, qui *Commentaria in Ordinationes Regias Luſitanorum*, in lucem emiſit, & gentilis Petri Barboſæ Cancellarij Maximi Regni Portugalliæ, qui *ſuper titulos, ff. Soluto Matr. & de Iudicijs, ac Cod. de Præſcriptione triginta*. doctè admodum ſcripſit; in lucem dedit,

1 *Dictionarium Luſitanico-Latinum*. Braccharæ 1611. in fol.

2 *Remiſsiones Doctorum ſuper varia loca Concilij Tridētini*. primum Vlyſſipone apud Petrum Krasbeëk 1618. in 4. Deindè Toleti, Brixiæ, Antuerpiæ, & ſæpiùs Lugduni in 8.

3 *Caſtigationes, & Additamenta ad Commentaria Pacenſis in Ordinationes Regias Luſitanorum*. Krasbeëk 1620. in folio.

4 *Remiſsiones Doctorum, de Dictionibus, & Clauſulis*. Romæ apud Alexandrum Zannettum 1621. in 4.

5 *Paſtoralis ſolicitudinis*, ſiuè *de Officio, & Poteſtate Epiſcopi*, tripartita deſcriptio, primum Romæ apud Camerales 1622. deindè Pariſijs, & alibi, ſed demùm Lugduni *Additionibus* locupletata apud Durant 1629. in fol. additur ibidem

6 *Formularium Epiſcopale*, in quo variæ continentur formulæ ad Epiſcopalem Iuriſdictionē ritè, & exactè exercendam.

Eas

Digitized by Google

Eas ex actis Eccleſ.Mediolan.& Archiepiſc.Bononien.collegit, nonnullas etiam accepit à Iulij Lau orij Formulario Vniuerſali.

7 *Varia Iuris-Tractationes*, in quibus continentur quinque Tractatus Legales iuxtà ſeriem Alphabeticam,

I. *De Axiomatibus Iuris vſu frequentioribus*.

II. *De Appellatiua verborum vtriuſque Iuris ſignificatione.*

III. *De locis Communibus Argumentorum Iuris*.

IV. *De Clauſulis vſu frequentioribus*.

V. *De Dictionibus vſu frequentioribus.* Lugduni 1631.in fol.

8 *Paſtoralis ſolicitudinis*, ſiuè, *de Officio, & Poteſtate Parochi*, tripartitam deſcriptionem. Romæ apud Facciottum 1632.in 4.

9 *De Canonicis, & Dignitatibus, alijsq; inferioribus. Beneficiarijs Cathedralium, & Collegiatarum Eccleſiarum eorumq; Officio, tàm in Choro, quàm in Capitulo,* Tractatus. Romæ apud Franciſcum Corbellettum 1632, in 4.

10 *Iuris Eccleſiaſtici Vniuerſi*, lib. III. in quorū I. *De Perſonis*, in II. *De Locis*, in III. *De rebus Eccleſiaſticis* agitur. Lugduni apud Laurentium Durantium 1633. in fol. Plura etiam parat edenda,

Flores Canonicarum Deciſionum.

Collectanea Doctorum ſuper Ius Ciuile vniuerſum, Tom. V.

Singularia Repetitionum Iuris Canonici.

Singularia Repetitionum Iuris Ciuilis.

Repertoria totius Iuris Canonici, & Ciuilis. Refert ipſe Epiſtola ad Lectorem in libris, *De Officio, & Poteſtate Epiſcopi, ſe Pontificij Iuris Vniuerſi breuem, & dilucidam interpretationem*, in tres Tomos diuiſiſſe. Illius editionem Cardinalem Millinum sūmoperè promouiſſe, &, nequid ad impreſsionē proſequendam deeſſet, Theſaurarij Maioris Eccleſiæ Vimaranenſis Patriæ ſuæ dignitatem obtinuiſſe. Barboſæ omnes ferè recentiores meminerunt, doctiſsimum illum, & in Canonicis Quæſtionibus decidendis, ac rebus Eccleſiaſticis verſatiſsimum dicunt, Iulianus Viuianus in Praxi Iuris-Patronatus, ſecundum vltimam impreſſionem, Martinus Bonacina multis in locis, Rodericus à Cunha Archiepiſcop.Braccharēſis in Comment. ſuper primam partem Decreti Gratiani, Sebaſtianus Cæſar in Relect. de Eccleſiaſtica Hierarchia, Mauritius Alzedo in Praxi Epiſcopali, Ioannes Franciſcus Ferentillus in Annot. ad Deciſiones Buratti, & ſæpè Aſca-

Digitized by Google

nius Tamburinus in Tract. de Iure Abbatum, Franciſcus Ripa Tract. de Simonia, Hieronymus Rodericus in Cōpendio Quæſt. Regul. & Io. Michaël Vim-Bodinus in Medico animorum, *Viros Magnos idem ſentientes in ſuo Paſtorali enumerat D. Auguſtinus Barboſa Luſitanus, Vir raris doctrinæ ornamentis excultus, cuius ingenij candorem, aſsiduumq; in ſcribendo ſtudium ſæpiùs nos experti, variaq; ipſius Opera identidem Orbi propoſita ad poſteritatem non ingratam teſtabuntur.*

AVGVSTINVS BISCARETVS, Carmelita, Italicè edidit, *Allegrezza fatta in Roma dalli Reuer. P. Carmelitani per la Canonizatione di S Andrea Corſino.* apud Maſcardū 1629. in 4.

AVGVSTINVS MASCARDVS, S. D. N. Vrbano VIII. ab honorario Cubiculo, plura edidit vtrâque lingua; ſparſim hinc indè euulgata; Quæ nos vidimus, ſunt, Italica,

1 *Le Pompe del Campidoglio per la Santità di Noſtro Signore Papa Vrbano VIII. quando pigliò il Poſſeſſo.* Romæ apud Hæredem Bartholomæi Zannetti 1624. in 4. Mediolani apud Bidellum 1625. in 8. Venetijs apud Fontanam 1625. & 1630. Hiſpanica etiam lingua apud pleroſq; leguntur.

2 *Diſcorſi Morali sù la Tauola di Cebete.* Venetijs apud Antonium Pinellum 1627. in 4. Taurini apud Tatinum in 12.

3 *Orationi, e Diſcorſi.* Ianuæ apud Ioſephum Pauonū 1622. in 4. Venetijs apud Bartholomæum Fontanam in 8. Mediolani apud Io. Baptiſtam Bidellum 1624. in 8. & alibi ſæpiùs.

4. *Congiura del Conte Gio. Luigi de' Fieſchi.* Antuerpiæ 1629. in 4. Mediolani apud Bidellum 1629. in 8. Venetijs apud Iacobum Scagliam eodem anno in 8. Gallus, Hiſpanusq; vt mihi relatum eſt, ſua quiſque lingua eam legit. Latina verò,

5. *Siluarum* lib. IV. Antuerpiæ apud Moretum in 4. & alibi.

6 Oratio habita ad Illuſtriſsimos, & Reuerēdiſsimos S.R.E. Cardinales, *De ſubrogando Pontifice.* Romæ ex Typographia Alexandri Zannetti 1621. in 4. Editioni ſubſunt,

Dell'Arte Iſtorica, Tractatus IV.

Romanarum Diſſertationum, Par. I. Meditatur, ac parat;

L'Impreſe dell'Academia degli Humoriſti.

L'Iſtorie d'Italia.

Il Genio di Socrate, Opera di Corte. De eo Laurus in Orche-

cheſtra; *Vir eloquentia, ac doctrina percelebris*. Aurelius Palazzolus, Monitis ad Arſenium Filium, *Perlegi nuper Auguſtini Maſcardi Carmina. Euolui volumina Orationum. Percurri etiam Epiſtolas, quas ille, dum eſſet Romæ, conſcripſit. Equidem dicam, quod ſentio. In Carminibus Maro, in Orationibus Cicero eſt. In Epiſtolis, cui certè comparem, neſcio; hoc vnum ſcio, & nitore, & pulchritudine, & incredibili quadam proprietate dicendi, omnibus, quotquot exierunt, lucem, & nominis celebritatem ademiſſe: vnum eſſe in omnium ore, vnum teri, ac cebrari. Et Sol iſte, qui pulcherrima, iucundiſsimaq; luce varia cuiuſdam Eloquentiæ orbem terrarum illuſtrat, inſignis alicuius dignitatis verticem peragrabit. Honeſtum igitur eſt, vt dixi & dignum omni prædicatione, ac dignitate, &c.* Iacobus Gaufridus, in Epiſtolis, *Tu enim Muſarum decus tuo quaſi momēto firmaſti, vt illarum vigilia alio ſtylo non inutantur æternitati, quam acumine ingenij tui. Sed & inueniſti primus gloriam nouitati, vt, ſi natura iura paterētur, animaret inuidia priſcorum manes, quo tuæ lectionis beneficio ſurgerent in noui nominis famam; non enim dubiſti antiquitatis imagine tuum tibi formare ingenium, qui ætati ſecuturæ noui miraculi præparabas exemplum.* Io. Hieronymus Sopranus Societatis Ieſu, in Epitome Hiſtoriar. ad annum 1623. *Auguſtinus Maſcardus gentile decus, quod Patruus Clariſsimus V. I. Cæſareo, & Pontificio enucleando meruerat, nouo ipſe bonarum artium præconio cumulauit, Italicè, Latinèq; eloquens inprimis; & cum magna Iuris Ciuilis intelligentia, in Philoſophicis, & Theologis non inferior*. Studio præterea, atque ingenio præclarus Antonius Sfortia Monopolitanus, Epiſtola ad Leonem Allatium; *Litteratorum omnium, quos dixi, agmen ducit, ac veluti Choragus eſt Maſcardus. Hic, poſt Philoſophiæ ſpatia emenſa, Theologiæ ſtudium feliciter decucurrit, ac denique Iuris prudentiæ Lauream (vetus in vetuſtiſsima familia, ac gentilium inſigne) adeptus eſt: quæ ſeueriora ſtudia humaniorum litterarum delinimentis (fas ſit cum Cypriano dicere) amœnauit. In quibus deinceps ita inclaruit, vt ſi eius carmina inſpicias, neges nos habere quod inuideamus antiquitati: ſi proſam orationem, fatearis, mundius, preſsius, venuſtius, limatius, Græcum, Latinumue nihil quicquam reperiri. Sed de tanto Viro*

ſilere melius puto: nam, vt cum Petronio loquar, quicquid dixero, minus erit. Hic enim, quod pauci poſt cineres conſequuntur, viuens ſuperegreſſus eſt vitium, magnis, paruisq; Ciuitatibus commune, inuidiam ſcilicet. Incolumem, & ſentientem omnes laudant, omnes mirantur. Verùm, ò ſeclum inſipiens! Vt pueri Iunonis Auem. Et Antonius Rondonus Foroliuienſis, in Artificio texendæ Orationis in genere Demonſtratiuo, nuſquam ſine ingenti præconio Virum, quem ſæpiſsimè laudat, proſequitur. Hic illi eſt, *Maximus Orator. Non ſine admiratione nominandus. Qui vix non tàm in his Orationibus, quàm in cæteris poſsit adæquari. Vt fecit mirabiliter Vir ille egregius. Qui inter Hetruſcos Oratores, & Scriptores eloquentiæ laude ita numeratur primus, vt ab eo nemo numeretur ſecundus. Oratorum facilè noſtri temporis Princeps. Ipſum euoluite, ſi admirabilia audiendi eſtis ardentes, fœtus enim eſt ſemper, nunquam effœtus, Flumen eſt, non torrens; quare ab eo plurima erunt, quæ imitemini.* Reliqua, eaq; plurima prætereo, quibus illum docti Viri in ſeuerioribus Diſciplinis præſtantiſsimum, verùm laudatiſsimo genio ad amœniores propenſiorem, meritiſsimò cõmendarunt.

AVGVSTINVS OREGIVS Põtificijs Eleemoſynis generalis Præfectus, S.N.D. Vrbani VIII. Theologus, intimus Cubicularius, & Canonicus Vaticanus, Typis mandauit,

1 *De Deo Vno*, Tractatum I. Romæ apud Impreſſores Camerales 1629. in 4. & 1630. in 12.

2 *De Deo Trino*, Tractatum II. Ibidem apud eoſdem 1630. in 4. & in 12.

3 *De immortalitate Animæ rationalis*, in Sententia Ariſtotelis. Ibidem apud eoſdem 1631. in 4. & 1632. in 12.

4 *De Angelis*, Tract. III. Ibidem apud eoſdem 1632. in 4.

5 *De opere Sex dierum*, Tract. IV. Ibid. apud eoſdẽ 1632. in 4.

Plura penès ſe habet Philoſophica, & Theologica, luce hominum digna. De hiſce Tractatibus quid ſenſerint Viri probi, doctiq; accipe. De Primo, Ioannes de Tollenare Antuerpienſis, *Longè gratiſsimũ accidit, maximèq; placuit Tractatus I. De Deo Vno, ipſa tractandi methodo, Deus Bone! quàm ſolida, & in tanta breuitate perſpicua. Certè qui Tractatum hunc perlegerit, prolixa aliorum Volumina non requiret, quæ librorum etiam he-*

luo-

luones non rarò fatigant. De Secundo Albertus Baduarius, *Preclarum librum tuum publici iuris à te factum, & ad me miſſum, diligenter legi, & peruolutaui, cuius lectione ſum mirificè delectatus, & verò fructum magnum, & vberem cœpi. Itaque, ſi quod ſum ipſe re expertus, ad alios referre licet, ſic ſtatuo, neminem forè, modo accuratè ipſum euoluat, quin iucunditatis, & vtilitatis plurimum ex eo hauſturus ſit. Etenim quamuis res grauiſsima, difficillimaq; conſiderentur, quas ſuaptè natura penitùs abditas, retruſaſq; ſapientes plerumq; horrent, ac reformidant, tamen nihil inibi durum, nihil ſpinoſum pungit, vel angit, imò leni, ſuauiq; dicendi genere, voluptate quadam animus permulcetur. Vtilitatis autem fructus indè demeti poteſt, quod ad ſuſpiciendam, & admirandam immenſam Dei poteſtatem, ſapientiam, bonitatem, cæteraq; illi à Teologis attributa, valdè excitat. Itaq; Sanctiſsimæ Trinitatis potiora capita antè oculos ponit, vt, quod Cicero dixerat de Platone, idem de te verè dicendum ſit, te nempè vnum inſtar aliorum hominum tanti myſterij ſtudioſis futurum*, &c. Et Gaudentius Paganinus; *Laurentius Martinius, cui multum debeo, mihi librum Illuſtriſsimi Viri Auguſtini Oregij de Sanctiſsima Trinitate miſit. Gaudent omnes, quod pergat feliciſsimè in illuſtranda tota Theologia. Suſpiciunt accuratiſsimam diligentiam, perſpicuitatē in rebus obſcuriſsimis explicandis, concinnam breuitatem* De immortalitate animæ rationalis, Io. Thomas Giliolus; *Accepi Opuſculum de animi humani immortalitate, quo & doces, quia ſapiens, & iuuas, quia pius: piam enim, & veram opinionem ſecutus, in quam etiam non inuitus vocatur Ariſtoteles, errorum vmbris procul eſſe iuſsis; in aperta veritatis luce nos conſtituiſti*. & heroicè admodum Lælius Guidiccionus,

Aethereos hauſtus animorum, & ſemina Cœlo
Delapſa, humanæ conditionis opus;
Dum ſacras, memorande, tuo, dumq; inſeris aſtris,
Te, nomenq; aſtris inſeris ipſe tuum.
Fato illo, & tenebris mens clauſerat ardua; fulgent
Nunc educta, tuis viuere iuſſa notis.
Omnes in te animi viuunt; tù viuis in illis;
Cunctorumq; vni ſe tibi vita refert.

BAL-

B

BALDVS BALDVS Florentinus,& Medicus Franciſci Guidij à Balneo verè Eminentiſsimi, *Nam quibus Auſonius*, vt ſcribebat Antonius Sanderus in Elogijs Cardinalium, *nitet Senatus, Omne animo punctum claudit, & omne decus*; in Almæ Vrbis Gymnaſio Logicæ Profeſſor, edidit,

Prælectionem, *De Contagione Peſtifera*. Romæ apud Facciottum 1631. in 4. Habet editioni parata Opuſcula, nempè,

Hiſtoriam Morbi, & Anatomicã obſeruat. circà corpus, & Cadauer Card. Beuilacquæ, cum multis *Dubijs* indè enatis. Item,

Lectiones Academicas, *De Venenis*. Baldi ingenium, atque doctrinam ſummoperè commendauit Gabriel Naudæus, Epiſtola ad eundem; *Sed video tandem*, ſcribit, *quid cauſa ſit, cur in me tam multa officioſiſſimè ſimul, & amiciſſimè contuliſti, nempè & animum mihi facere voluiſti ad præclarius aliquid aggrediendum, quæ tua eſt ſumma humanitas; & eadem veluti fidelia maxima tuæ in dicendo facultatis, & eloquentiæ ſpecimen aliquod exhibere, quod eſt omninò induſtriæ, & præſtantiæ ingenij tui tribuendum; Quandoquidem Orationis tuæ maieſtati, mirificaq; ſuauitati, tantum nunc ab omnibus tribuendum eſſe cenſeo; quantum antea quidem doctrinæ, & eruditioni tuæ ab illis conceſſum eſt, qui, ſeu Blacuodæi noſtri hominis prorſus à Literatorum plebecula ſemoti iudicio; ſeu lectionum, quas habes quotidiè in Prytaneio Romano, ſubtilitate; ſeu Librorum, quos continuò ſcribis, dignitate; ſeu denique artis ipſius, quam tot ægrorum commodis indulges, amplitudine; nihil vnquam de te niſi præclarè, aut magnificè locuti ſunt.*

BALTHASSAR TORINVS I.V.D. Aretinus, Iucl. Pop. Rom. Capitaneus Appellationum, & Nullitatũ Vrbis Iudex, vulgauit,

Apologeticum Statuti Vrbis, de Contractibus ſine certa ſolemnitate non valituris, materiam attingens. Romæ apud Ludouicum Grignanum 1630. in 4.

BARNABÆVS VERGES. ſcripſit Hiſpanicè,

Directorium Spirituale, in quo Feſta Mobilia, aliaq; totius anni indicantur, necnon Eccleſiæ, Reliquiæ, Cœmeteria, & alia

loca

loca Sacra Romæ,& extra muros. apud Grignanũ 1631. in 12.

BARTHOLOMÆVS GAVANTVS, Mediolanenſis, Congregationis Clericorum Regularium S.Pauli, edidit,

1 *Cõmentaria in Rubricas Miſſalis,& Breuiarij Rom.*Tom.II. *Vitam, & res geſtas S.Pauli Apoſtoli.*

S.Bartholomæum Apoſtolum eſſe Nathanaëlem, ſimùl Romæ apud Franciſcum Caballum 1628. in fol. & alibi.

2 *Octauarium Romanum*. Bononiæ, Neapoli, & alibi in 8.

3 *De Viſitatione Epiſcopali* Romæ apud Caballum in 4.

4 *De Synodo Diœceſana*. Ibidem apud eundem in 4.

5 *Manuale Epiſcoporum*. Ibidem apud eundem 1632. in 4. Editurus eſt Italice, *Prediche d'Aduẽto, di Quareſ. & Annuali.* Sæpiùs eum laudauit Auguſtinus Barboſa De Canonicis, & De Officio Parochi, & ante alios Andreas Victorellus in Recenſione; *Bartholomæus Gauantus à Regularium S. Barnabæ Clericorum Ordine, Theologus eruditus, Concionator feruent, & eloquens, de S. R. E. ritibus, quorum ſtudio apprimè eſt addictus facilè, & aptè diſſerit, otij hoſtis aſſiduus; quos meritò laudes, pietatis, & literarum laboribus vacat, Epiſcopis nonnullis in regendis, & ſacro pabulo recreandis populis auxilio fuit. Eccleſiaſticas ſcribit commentationes; religionis, & prudentiæ luce claret. Adoleſcens mitiores etiam coluit Muſas, modò in ſenium vergens ſacris interdum carminibus ludit.*

BARTHOLOMÆVS GYPTIVS Beneuentanus, nunc Epiſcopus Belli-Caſtrenſis edidit,

De Caſibus Reſeruatis, Tract. in quo explicantur reſeruati in Diœc. Beneuent. Neapoli apud Conſtant. Vitalem 1621. in 4.

BARTHOLOMÆVS TORTOLETTVS, Veronenſis, Doctor, Theologus, plura vtrâque lingua edidit, Italicè quidem,

1 *Ilgiuramento*, Tragædiam Sacram, in qua Io. Baptiſtæ mortem exequitur. Venet. apud Euangel. Deuchinũ 1612. in 12.

2 *Intramezzi d'Erminia* ex Epico Poëmate Taſsi, *Hieruſalẽ* dicto, extracta. Veronæ Typis Bartholomæi Merli 1612. in 12.

3 *Gionata*, Tragædiam. Maceratæ apud Saluionũ 1624. in 12.

4 *Canzone per la Fabrica di S. Andrea della Valle*, ſine Auctoris nomine. Romæ apud Ludouicum Grignanum 1627. in 4.

5 *Panegirico Nuttiale*, in DD. Thadæum Barberinum, & Annam

Annam Columnam, ſine nomine Auctoris. Romæ apud eundem 1627. in 4. Latinè verò,

6 *Annum Iubilæi MDC.* Carmine Heroico lib. II. ad Clementem VIII. Romæ apud Aloyſium Zannettum 1599. in 4.

7 *Oſſunianam Coniurationem*, ſine nomine Auctoris, loci, & Impreſſoris, Venetijs tamen impreſſam, anno 1623. in 4. inſcio Auctore, & mutato etiã titulo, cũ ab eo inſcripta fuiſſet, *Motus Oſſunianus Neapolitanus, Hiſtoria*.

8 In Obitum Philiberti de Sabaudia Principis *Lacrymas*. Romæ apud Ludouicum Grignanum 1624. in 4.

9 *Antiſatyram Tiberinam* ad Satyram, *Dij Veſtram Fidem*, ſub nomine *Neglecti Academici Romani* Francofurti 1630. in 8.

10 *Iuditham Vindicem, & Vindicatam*, Poëma Epicum cum Apologia. Romæ Typis Vaticanis 1628. in 4.

11 Pleraq; item *Poëmatia, Oda, Epigrammata* Latinè, atque Italicè conſcripta, ſparſim edita ſunt, quæ in edendis Voluminibus veluti in faſcem colligentur.

12 *In Inſigne Gentilium Clementis VIII.* carmen. Veronæ apud Hieronymum Diſcipulum 1596. in 4.

13 *Iatro-Laureã Gabrielis Naudei*, à Leone Allacio Græco carmine inauguratam Latino reddidit. Romæ apud Iacobum Maſcardum 1633. in 8. Edet verò,

Pro Cn. Pompeio Magno Apologeticas Actiones, VIII.

Ad Ferdinandum II. Imperatorem, *Paræneſim*.

Motum Oſſunianum Neapolitanum, eundem qui ſuprà, ſed auctiorem, *Hiſtoriam*.

Epiſtolarum, lib. III.

Elogiorum, atque Inſcriptionum, Libellum.

Parnaſias Apes Trigeminas, quibus Epigrammata, & omnia Lyrica continentur.

Heroica Gemina, hoc eſt, *Heroico-Sacra*, & *Heroico-Tragica*.

Rime Volgari, volumen vnum.

Coſe Dramatiche, cioè, Tragedie, Paſtorali, Intramezzi, & ſimilia partim Sacra, partim profana, volumen vnum.

Della Bellezza, Diſcurſum Platonicum, & alia. Andreas Victorellus in Tractatu de Anno Sancto, Annum Iubilæum Tortoletti ſummoperè effert, & in illuſtrium Virorum Recenſione

reli-

reliqua opera. Laurus in Orcheſtra; *Quidquid proximè ſenſerit Bartholomaus Tortolettus, Vir ad exprimendum Tullium, & Naſonem, ſi ſecularem annum ſexcenteſimum ſpectes, egregiè factus, qui in Romana eloquentia contemptores, literis Ferraria ad municipem tuum miſsis, acerrimè inuectus eſt*. Vide eiuſdem Lauri ad Tortolettum Epiſtolam L X. in Centuria ſelecta. En de eiuſdem ſcriptis iudicium accuratum Alphonſi Epiſcopi Comaclienſis. *Bartholomao Tortoletto Viro Optimo, & Eruditiſsimo Alphonſus Epiſcopus Comaclienſis S. P. D. Vt artes omnes quaſi cognatione inter ſe continẽtur, ſic & artium cultores. Ipſarum ego ſtudioſiſsimus tibi iam tot annos vinculo coniungor amicitia, quam ſemper ſanctiſsimè colui. Equidem ſæpè tuam omnigenam eruditionem vſurpaui ſermonibus cum amicis, quos te diligentes cura ſollicitabat, ne te bonarum artium ſtudijs ita eriperent Aulica negotia, vt ijs diſciplinis, quibus tua Poëmata, tuaq; lucubrationes aternum decus pariunt, ſalute dicta iacere patereris ea, qua multos ante annos inſtituta, ſi quandò perficies, mirum in modum, & poſteris, & gloria tua ſeruies. Dolebamus etiam, & vehementer angebamur, te in ſummo virtutum apice conſtitutum, in ſummo quoque fortuna faſtigio non collocari. Sed mirabilius eſt rerum humanarum, vt ait ille, dominam fortunam in tua ſocietatem gloria ſe non offerre. Gaudeo igitur, Eruditiſſime Tortolette, te in tua ſapientia non langueſcere, non debilitata eſſe virtute, aut animo fracto, ſed iam te corpus quieti deuouiſſe, vt certè non inertem, atque otioſum ſpiritum ad extremum vita ſpatium traducas. Diſsimulandum non eſt, Trahimur omnes laudis cupiditate, & optimus quiſque gloria dulcedine delinitur. Tu quamquam ad tuorum laborum aſſequendam mercedem multa tum ſoluta tum adſtricta numeris oratione in lucem, & aſpectum hominum contuliſti, quorum veluti pabulo, ac lumine tuam vitam poſteritas alet, & ipſa aternitas intuebitur; attamen pulcherrimam aliam tui animi effigiem ſummo ingenio expreſſam, ac politam efformare ſtudes ad nouam tui memoriam in Orbem terrarum diſſeminandam. Intellexi enim ex tuis literis te in tanta celebritate fama grauioribus ſtudijs inhiare, vt ex illis magnum aliquid, id eſt te dignum, ad communem afferas fructum. Atque, cum ingenio praſtes,*

ſtes, ſapientia valeas, & ex antiquis monumentis præclara quæq; ita delibaueris, vt ad veterum Scriptorum laudem facilè perueneris ea tamen fucata ducis, & inania, niſi cum ſolida laude, cum optima mente, cum Chriſtiana pietate, vno verbo, cum re prorsùs diuina coniungas. Hoc enim opus te accuratè, cogitatèq; moliri ex literis tuis accepi. Sed lætor te nunc plurimum conſilij, ac diligentiæ adhibere in diuulgandis ijs, quæ olim in defenſionem Pompeij diſſeruiſti in iſta Humoriſtarum Academia, id eſt in iſto Theatro nobili, ac celebri, atque eruditiſsimis hominibus, liberaliſsimisq; ſtudijs affluente. Ad quod te potiſsimum excitat Defenſio Cæſaris, quam nuper Alexander Guarinus generis claritate, maiorum ſuorum gloria, ſapientiæ magnitudine ſpectatiſſimus in lucem edidit. Cum quo Cæſare, ſi tuus, vti aſſeris, non dimicabit Pompeius, augebitur etiam iſto honore is Vir, cui nullus honor tribui non debitus poteſt. Curabo igitur, vt tua, quam ad me miſiſti, Epiſtola in ipſius Alexandri, aliorumq; ſapientiũ oculos incurrat, vt intelligant omnes, Te non libidine contradicendi, ſed ſtudio oblectandi, hæc olim de Pompeio diſceptaſſe, tuumq; deſiderium omni animi mei ſenſu complectar, nullumq; deeſſe patiar officium, quod ad tuam dignitatem, exiſtimationemq; pertineat. Intereà, & hortor, vt omnes ingenij vires ad res ſacras illuſtrandas feliciſsimè profundas, vt ſapientia tua, hyemante quantumuis ætate, non ſolum Pompeianæ defenſionis flores emittat, ſed grauioris, ac ſolidioris doctrinæ proferat fructus. Vale, meq; tuis elegantiſsimis Muſis, tuæ multiplici eruditioni, tuo caſtiſsimo genio addictum, deditum, obſtrictum aſſidua beneuolentia proſequere. Comacli Kal. Apr. MDCXXXIII.

BASILIVS CACATIVS, Surrentinus, Clericus Regularis, ab Vrbano VIII. Archiepiſcopus Epheſinus creatus, & ſuffraganeus Rauennas, plura edidit,

Conſilia Legalia. Mediolani apud Camerales Ducales in fol.

BENEDICTVS CASTELLVS Monachus Caſsinenſis ſcripſit Italicè,

Delle Miſure dell'Acque correnti.

Demonſtrationi Geometrice della Miſura dell'Acque corrẽti. Romæ apud Impreſſores Camerales 1628. in 4.

BENEDICTVS MILANVS Sublaquenſis impreſsit,

Digitized by Google

1 *Epithalamium*, in Nuptijs DD. Thadæi Barberini, & Annæ Columnæ. Romæ Typis Franciſci Corbelletti 1627. in 4. & deindè 1629. in 8. apud Impreſſores Camerales.

2 *In Laudem Ioannis Columnæ Cardinalis in Syriam Legati*, Orationem, Compluti Typis Ioannis de Orduna 1624. in 4.

3 *Variorum Carminum*, librũ. apud Corbellettũ 1632. in 8.

BERNARDINVS CASTORIVS Senenſis, è Societate Ieſu, edidit Italicè,

Inſtitutione Ciuile Chriſtiana. apud Zannettum 1622. in 4.

BERNARDINVS GOSELLINVS, Feltrenſis, è Dominicana Familia, edidit,

1 *Orationem in laudem D. Thomæ Aquinatis*. Patauij apud Laurentium Paſcatum 1604. in 4. ad Cardinalem S. Cæſarij.

2 *Miſcellanea pro communi Religioſorum omnium vtilitate*. Venetijs apud Petrum Ruffinellum 1615. in 8.

3 *Vitam B. Alberti Magni*. Venetijs apud Georgium Valancinum 1629. in 8. Scripſit præterea, nec publicauit,

Defenſionem Stigmatum S. Caterinæ Senenſis, &c. Meditatur,

Elenchum Hiſtoriæ Concilij Tridentini. &

De bonis Eccleſ. locan. emphyteutican. permutan. alienan. &c.

BERNARDINVS TODESCHINVS edidit Italicè,

La Fida Pellegrina. Bracchiani apud Phęum 1629. in 12.

BERNARDINVS TVRAMINVS, Ordinis Minorum Obſeruantiæ, edidit Italicè,

1 *L'Infecondità feconda d'Anna Santiſsima, Madre della Madre di Dio*. Romæ apud Guillielmum Facciottũ 1628. in 12.

2 *L'Agneſe Vincitrice*, Tragiſacroſcenica. Viterbij apud Auguſtinum Diſcipulum 1629. in 12.

3 *Caterina Trionfante*. Viterbij apud eundem 1617. in 12.

4 *Barbara Sacra alle Api Barberine*. Viterbij apud Bernardinum Diotalleuium 1632. in 12.

5 *Agata Coſtante*. Ibidem apud eundem, eodem anno in 12.

6 *Lagrime Sacre, Loquaci d'Amore*. Ibidem apud eundem.

BLASIVS PALMA, Cler. Reg. S. Pauli, edidit Italicè,

1 *Regole della Venerabile Compagnia del Saluatore, poſta nella Chieſa della Madonna Santiſſima de' Lumi di S. Seuerino* Peruſiæ 1611.

2 *Atti*

Digitized by Google

2 *Atti virtuoſi interni dell'anima Chriſtiana*. Romæ apud Zannettum 1616. & apud Camerales 1623. & alibi.

3 *Metodo, o Regola della vita Spirituale*. Romæ apud Iacobum Maſcardum 1626. & apud Facciottum 1629. in 12.

4 *Eſercitij, e Meditationi Spirituali, per tutto il ſacro tempo dell'Aduento, ſino all'Ottaua dell'Epifania, & altre Diuotioni.* Romæ apud Iacobum Maſcardum 1625. in 12. & Bononiæ.

5 *La Vita di S. Franceſca Romana*. Ibidem 1626. in 8.

6 *Liber vitæ, cioè, Modo compendioſo per far memoria della Paſſione di Gieſù Chriſto*. Romæ ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ 1623.

7 *Regole della Congregatione dell'Humiltà di S. Carlo, con vn Trattato in forma di Dialogo*. Romæ apud Iacobum Maſcardum 1629. in 8.

BONAVENTVRA MALVASIA, Bononienſis, Ordinis Minorum Conuentualium Theologus, edidit,

Elucidationem Speculi verum monſtrantis, in qua inſtruitur in fide Chriſtiana Hamet filius Zin Elabeſin, in Regno Perſarum Princeps, & refellitur liber à DoctoribusPerſis editus ſub titulo, *Politor Speculi verum monſtrantis*. Romæ 1630. in 4.

BONAVENTVRA RONDANINVS cecinit,

Carmen Nuptiale, ad Thalamos Thadæi Barberini, & Annæ Columnæ Romæ apud Hæredem Bartholomæi Zannetti 1626. in 4. & Impreſſores Camerales 1629. in 8.

BRVNORIVS TABERNA edidit Italicè,

1 *Canzone nella prometione del Card. Theodoro Triuultio*. Romæ apud Guillielmum Facciottum 1630. in 4.

2 *Dafne Canzone*, in Nuptijs DD. Aloyſij Gonzagę, & Laurę de Boſco. Romæ apud Franciſcum Caballum 1630. in 4.

C

CÆSAR ALVCCIVS Societatis Ieſu edidit,

1 *Pſychagogiam*, hoc eſt, Animæ recreationem, in qua agitur de cauſis, quibus iuſtorum animæ recreantur in morte; ſiuè, *De bono Mortis*, apud Maſcardum 1627. in 16.

2 *Sum-*

2 *Summarium earum rerum, quas oportet ſcire, vt poſsimus adipiſci Iubilaum Anni Sancti*, in duas partes diuiſum. Romę apud Hæredē Bartholomęi Zannetti 1625. in 16. Italicè verò,

3 *Il legno della Vita, ouero de' frutti delle coſe Spirituali della Tribulatione, e Mortificatione*, in illa verba Io. Apocal. 12. *Lignum vita efferens fructus duodecim*. tribus libris. Primum Romæ apud eundem 1625. in 4. deindè Brixiæ 1626. apud Ludouicum Brittanicum in 8.

4 *Il Figliuol Prodigo, Inſtruttione della giouentù*. Romę apud Zannettum 1627. in 16.

5 *Specchio, ouero Compendio dell' Antichità di Roma, diuiſo in due parti; nella prima ſi tratta delle Antichità Sacre, e nella ſeconda delle profane, raccolte dall' opera d'vn Padre da Georgio Portio*. Romæ apud eundem 1625. in 16.

CÆSAR ARGELVS de PALTRONIBVS I.V.D. Bononienſis, olim in patrio Bononienſi Gymnaſio Iuris Ciuilis Ordinarij publicus Interpres, nunc Iudex Appellationum, & Nullitatum Vrbis, edidit,

De acquirenda poſſeſsione, Tractatum. Romæ apud Guillielmum Facciottum 1624. in folio.

CÆSAR BECILLVS Vrbinas Presbyter Congregationis Oratorij de Vrbe, edidit,

1 *Euangeliorum Connexionem*, in qua textus ordine ſeruato rerum geſtarum ſeries indicatur. Romæ apud Bartholomęum Zannettum 1625. in 12.

2 *Annotationes marginales in Ciacconum, & collationes Ciacconiana Hiſtoria cum Baroniana*, ſuppreſſo tamen nomine.

3 *Acta S. Caij Papa, & Martyris*, quibus ſuas adiecit *Notas* ad Hiſtoriæ cognitionem apprimè neceſſarias.

Multa meditatur, & ſcribit, quibus illuſtrat Antiquitatem Eccleſiaſticam, & tempora, Præcipua tamen illa ſunt.

Vita Romanorum Pontificum cum perpetuis Notis.

Hiſtoria Eccleſiaſtica Baroniana Continuatio.

Chronographia ad calculum Eccleſiaſticū adamuſſim expēſa.

Meminit illius cum laude Victorellus Additionibus ad Ciacconum in Vita S. Caij. *Caſar Becillus Congregationis Oratorij Presbyter, à cuius accurato calamo XIII. Annalium Eccleſia-*

Digitized by Google

ſticorum Tomum poſt paucos menſes, ni faller coniectura, Eccleſiaſticarum Hiſtoriarum ſtudioſi habebunt; Acta S. Caij Papæ, & Martyris, ex Actis S. Suſannæ, S. Sebaſtiani, ex Anaſtaſio, & ex Breuiario Romano, eruditis à ſe Notis illuſtrata an. 1628. *Romæ edidit, Vrbanoque inſcripſit VIII.*

CÆSAR CRIBELLATVS Medicus Viterbienſis edidit Italicè,

1 Tractatum *de Peſte*. Viterbij apud Bernardinum Diotalleuium 1631. in 8.

2 *Diſcorſi Muſicali*. Viterbij apud Auguſtinum Diſcipulum in 8.

CAROLVS PAPINVS Romanus Societatis Ieſu emiſit,

Fiori di Sacra Poeſia. Romæ impenſis Octauij Ingrillani, apud Hæredes Bartholomæi Zannetti 1625. in 12.

CHRISTOPHORVS BORRVS Mediolanenſis, qui ex Ieſuita in Monachorum Ciſtercienſium numerum adſcitus ſub Honuphrij nomine innotuit, edidit,

1 *Doctrinam de tribus Cœlis, Aëreo, Sidereo, Empireo*, opus Aſtronomis, Philoſophis, & Theologis fauens, primo Vlyſsipone ab Aluaro Ferrera Luſitano eius diſcipulo impreſſum, in 4.

2 Italicè, *Relatione della nuoua miſsione delli Padri della Cõpagnia di Giesù, al Regno della Cocincina*, ad Vrbanum VIII. Romæ apud Franciſcũ Corbellettũ 1631. in 8. Scripſit præterea *de Arte nauigandi* opus exactiſsimum. In quo ſcopus Auctoris fuit, artem à ſe primo inuentam patefaciendi, ac demonſtrandi vti certiſsimam, qua in quouis maris ſitu vnuſquiſque gradum longitudinis infallibiliter poſſet inuenire, rem nauigantibus ſummoperè neceſſariam, quod etiam vt meliùs pateret vſui, Chartas, quas vocant nauigandi, plenas erroribus, correxit, & emendauit, addiditq; è Lunaribus Ecclipſibus, alijsq; Mathematicis obſeruationibus, ab eodem ſummo ſtudio elucubratis diſtantias locorum. Id vt melius ſuccederet, inſtrumentum ex metallo confectum excogitauit, obtulitq; acerrimo omnium iudici, & æſtimatori integerrimo. Viſum placuit, dignumq; iudicatum eſt, quod in tanti Principis manibus renatum, *Naugnemonis* nomen ab eodem haberet, & viueret. ſcripſit item

Rela-

Relatione à ſua Santità delle coſe dell'India Orientale, del Giappone, della China, dell'Etiopia, dell'Iſola di S. Lorenzo, del Regno di Monomotapa, e della terra incognita Auſtrale. Qua Sacra Congregatio de Fide propagãda meliùs illis populis conſulere poſſet. Meditabatur *Inſtructionem* ad facilius iter Indicum conficiendum, ab ijs, qui eò ab eadem Sacra Congregatione mitterentur, aliaq; plurima, quæ literatorum omnium damno inęſtimabili mors inopina intercipit, non ſolum viro, amicisq; infauſta, ſed ſcriptionibus etiam, & meditatis, quæ in aliorum manibus, nolo plagiariorum dicere, deliteſcunt, lucem aliquando, neſcio an ſub veri parentis nomine, conſpectura.

CHRISTOPHORVS CRIARDA Nouarienſis Præpoſitus Collegij Clericorum Regularium S. Pauli ad forum Columnæ Antoninæ edidit,

1 *Apem Religioſam*, Vrbano VIII. Mediolani apud Ioannem Baptiſtam Bidellium 1625.

2 *Iconas Symbolicas Diſciplinarum Liberalium*. Mediolani apud Hęredes Pacifici Pontij 1626.

Plura habet ambientia lucem, in eis *Elogia Illuſtrium virorum*, &, *ſuæ Congregationis Hiſtoriam*. Huius honorificè meminit Vim Bodinus in Bibliotheca Valentina in Bernardino Gomeſio. *Ferenda iactura, dum quod Gomeſius olim in ciuili, nuper Christophorus Criarda Clericus Regularis S. Pauli in religioſa gubernatione deſcribenda cum laude præſtitit, edito opere de Api Religioſa, vbi melle dulciori oratione virorum in clauſtro degentium Remp. iurè deſcribit ex Apibus deſumpta, & nunquam intermiſſa metaphora.*

CHRISTOPHORVS GRIEMBERGERVS Societatis Ieſu Mathematicus edidit,

1 *Elementa Trigonometrica*, ideſt, ſinus tangentes ſecantes in partibus ſinus 100000. Romæ apud Hęredem Bartholomæi Zannetti 1630. in 16.

2 *Euclidis ſex primi Elementorum Geometricorum libri cum parte vndecimi*, Opuſculum primum Mathematicum, apud Hęredem Zannetti 1629. in 16. De viri ingenio Laurus in Orcheſtra. *Mutuatus eſt ab eo*, Chriſtophoro Clauio, *facem, an currum? Chriſtophorus Griembergerus, quo incolumi Clauij de-*

 ſide-

ſiderium ob perſpicaciſſimum, quo pollet iudicium; æquo animo toleramus.

CHRISTOPHORVS SCHEINER Societatis Ieſu Sacerdos, Theologus, Sacrę linguę, & ſcientiarum Mathematicarum Ingolſtadij, & Fryburgi Briſgoię Profeſſor, admirabile de Solis Maculis, & Faculis Phęnomenō primus inuenit Ingolſtadij anno Chriſti 1611. menſe Martio, vt idemmet fatetur in volumine magno, quod Roſę Vrſinę, ſiuè Solis titulo pręſigniuit ad Lectorem lib. 1. atque 3. paſſim, quas etiam primus ſub Apellis nomine poſt tabulam latentis, Marci Velſeri II.viri Auguſtani liberalitate in publicum edidit Auguſtæ Vindelicorum an. 1612. Non. Ian. perſcriptis tribus ad eundem Velſerum Epiſtolis, Itemq; Idibus Septembris anno eodem miſſis ad eundem alijs Epiſtolis, cum obſeruationum Iconiſmis, macularumq; delineationibus. Epiſtolæ hæ manuſcriptæ vnà cum alijs multis poſt mortem Velſeri peruenêre in Bibliothecam Archiepiſcopalem Mediolanenſem, vt mihi relatum eſt, in qua etiam nunc dicuntur afferuari. Elucubrauit præterea.

1 *Diſquiſitiones Mathematicas de controuerſijs, & nouitatibus Aſtronomicis*: propugnatas à Ioanne Georgio Loher diſcipulo, Præſidente Scheinero Magiſtro, Ingolſtadij 1614. in quibus motum terræ Copernicanum eruditorum conſenſu prorsùs elidit contrà omnes Nouatorum Paralogiſmos.

2 *Solem Ellipticum*. Auguſtæ Vindelicorum 1615.

3 *Exegeſes fundamentorum Gnomonicorum*, defenſas à Io. Georgio Schonbergero diſcipulo, Præſidente P. Scheinero Profeſſore Ingolſtadij 1615.

4 *Refractiones Cæleſtes*, ſiuè, *Solis Elliptici Phænomenon* illuſtratum. Ingolſtadij 1617.

5 *Oculum*, hoc eſt, *fundamentum opticum*. Oeniponti 1619. in 4. liber eſt à multis commendatus, & nunc quoque expetitus.

6 *Roſam Vrſinam*, ſiuè, Solem ex admirando facularum, & macularum ſuarum Phænomeno varium, necnon circà centrum ſuum, & axem fixum ab occaſu in ortum annua, circàq; alium axem mobilem ab ortu in occaſum conuerſione quaſi menſtrua, ſuper Polos proprios, lib. IV. mobilem oſtenſum.

Brac-

Bracchiani apud Andream Phęum 1630. in folio.

In lib. I. Apellem ſuum ab iniurijs Galilæi Hiſtorica veritate auctor ſolidè tutatur, Galilæi circà hoc Phænomenon errores patefacit, ſeq; Phænomeni ſolaris non inuaſorem, ſed primum repertorem, legitimum poſſeſſorem luculenter demonſtrat.

In II. Difficultates omnes, quæ circà hanc apparitionem emergunt, amolitur, modos obſeruandi, atque ordinandi maculas accuratè docet, multa præclara de oculo, de ſpecierum viſibilium radiationibus, de lentium tubi natura, tandemq; ipſum tubum opticum, quòd hactenus deſiderabatur, demonſtrat.

In III. Obſeruationes Macularum, & ſuas, & aliorum innumeras adducit, è quibus, & locum, & motum earum deducit.

In IV. Solis globum, circà eiuſdemmet centrum gyrat annuè, & menſtruè, gyrationis Theoriam proponit. Solem igneum, Cœlum liquidum, & corruptibile facit, ex ratione, experientia, Philoſophis, Theologis, Sãctis Patribus penè omnibus, Scriptura ſacra. Denique de lumine de terræ *Atmoſphæra*, de Solis magnitudine viſibili experimenta mirifica adfert. Opus laborioſum, ſubtilitate, doctrina, experientiaq; varia, noua, eâque vera plenum, Auctore, & Societate Ieſu dignum.

7 *Pantographicen*, ſeù, *artem delineandi*, res quaslibet per Parallelogrãmum lineare, ſeù cauum Mechanicum mobile, libellis duobus explicatam, & demonſtrationibus Geometricis illuſtratam; quorum prior *Epipedographicen*, ſiuè planorum, poſterior, *Stereographicen*, ſeù ſolidorum aſpectabilium viuam imitationem, atque proiectionem edocet. Ars facillima, certiſſima totius graphices, atque proiectionis opticę, ſeù perſpectiuæ eſſentiam compendio complexa. Romæ apnd Grign. 1631.

Idem Auctor in manibus nunc habet *Parhelia*, in quibus multa de Iridibus, Halonibus, Virgis, Chaſmatis ſcitu digna tractat.

Maculas Solares aliquot reduces; earundem geneſim, & interitum nouum, eumq; facillimum ipſas obſeruandi, & curſus ordinandi modum depromit.

Scintillationes ſtellarum.

Oculum, ſeù fundamentum Opticum auctum.

Oculos, ſeù fundamentum Opticum ſecundum.

Opuſcula Optica varia.

Digitized by Google

Ante omnia autem *vnius Maculæ reducis triplicem curſum*, in lucem dabit vnà cum cuiuſdam alterius Maculæ curſu, ex quo Galilæus conatus eſt in ſuis recentibus Dialogis motum terræ annuum, & ſolis ſtationem deducere; vbi oſtendet Scheiner ex illius Maculæ curſu, nihil eorum quæ vult Galilæus concludi: ſed Galilęum verum Macularum motum ex Roſa Vrſina ſibi hinc tranſmiſſa modo didiciſſe, atque hoc callide diſſimulare, ideòq; lectori imponere, Cœlo, Soli, Roſæ Vrſinæ, eiuſque Auctori violentas manus inferre, & hęc quidem erit prælibatio quędam, quam mox ſequetur ipſius operis,

Prodromus pro Stabilitate terræ contrà eundem Dialogiſtam, in quò compendioſè afferęntur Galilæi errores Logici, errores Phyſici, errores Mathematici, errores Ethici, errores Theologici, atque ſacri: adeòq; ex omnibus his conſtabit detracta larua doctrinam hactenùs mentita imperitia.

Tum opus ipſum ſequetur ſuo tempore, *pro motu Solis, pro ſtatione Terræ*, elaboratum ex ſacris, & profanis fontibus, ex ſenſu, & ratione ſtabilitum. Scheinerum clariſſimè extulit Pineda in Eccleſiaſt. cap. 1. verſ. 4. illis verbis, *Vnum tandem pro multis vltimum*, refero, *ſed in primis doctum noſtri ordinis Chriſtophorum Scheinerum, Sacræ linguæ, & Matheſeos in Ingolſtadienſi Academia Profeſſorem, qui in Diſquiſitionibus Mathematicis, de Controuerſijs, & nouitatibus Aſtronomicis diſputatis Ingolſtadij Anno 1614. penitùs diſiecit, proſtrauitq; Copernicanum illud commentum,* de motu terræ, *pulcherrimis argumentis, tùm Phyſicis, tùm Mathematicis abſurdam Copernicani Cœlorum Syſtematis falſitatem demonſtrauit*. Sed quando iam Roma continuò Scheinerum, annoq; ſuperiori Galilęum perſpexit oculis, accepitq; auribus, concipiat etiam nunc animo abſentem ordine tertium, virtute, ſtudio, ac ſapientia parem, quem honoris cauſa recolo, Petrum Gaſſendum Dinienſis Eccleſię Theologum, virum primarium, qui nouo ingenij acumine, diſerta orationis textura, & admirandorum monumentorum copia Europæ innotuit. Ea, quia Romana grauitate præcellunt, dignaq; Romano aëre iudicantur ab omnibus in medium afferam: ne ſapientia tantum, ſed ſcriptis etiam editis, ſicut reliqui præſtantes viri in Aula Romana locum habeat. Vidi itaq; ipſius.

1 *Exer-*

1 *Exercitationes paradoxas in Vniuerſam Ariſtotelis Philoſophiam*, Gratianopoli in 8.

2 *Epiſtolam Apologeticam pro P. Merſennio aduerſus Robertum Flud*, in qua ipſius Fludi Philoſophia refellitur. Pariſijs apud Sebaſtianum Cramoiſy 1630. in 8.

3 *Parhelia, ſiuè, Soles quatuor, qui apparuerunt Romæ die xx. menſis Martij anni* 1629. ad Henricum Renerium. Pariſijs apud Antonium Vitray 1630. in 4.

4 *Mercurium ſub Sole viſum, & Venerem inuiſam*. Pariſijs ſumptibus Sebaſtiani Cramoiſy 1632. in 4. Eiuſdem,

Contrà Ariſtotelis Vniuerſam Philoſophiam, Volumina, & *Philoſophiam Epicuream inſtauratã*, docti viri anxiè expectãt.

CLEMENS MERLINVS S. Romanæ Rotæ Auditor edidit,

Conſilia pro Iulia Coſtabili.

Diana ab Agnella.

Alexandro Tertio. Ferrariæ apud Victorium Baldinum 1615. Viri eruditionem, ac doctrinam variè in Epiſtolis ad Familiares extollunt viri ſapientia illuſtres, Fabius Leonida, *Tu verò quid agis? cur ad Vrbem non redis? Nimium diù abes: teq; hic optant amici, & poſt longam abſentiam, iurè volunt. Optat præcipuè amantiſſimus tui Clemens Merlinus, quo cum ego interualla temporum legalibus ſubtracta ſtudijs ſæpè tranſigo inter Muſas, & quotidiè magis, magisq; miror viri præſtantis ingenium, vt litibus dijudicandis rectum, & prudens; ſic texendis carminibus eruditum, & felix*. Antonius Sfortia, *Sed, hem, exciderat. Poëma Illuſtriſſimi Merlini* de Sanguine D. Ianuarij *ad te remitto. Fateor vidiſſe viam, qua itur ad Poëticam laudem. Gemina corona illi debetur. Nam ſummus Iuris Antiſtes, ſummus eſt Vates; ſicq; illud Iuris-Conſultorum graue temperat Poëtarum lenitate. Cum eius Reſponſa lego, ipſius Themidis oracula eſſe puto; cum eius carmina, non aliter Muſas ipſas locuturas fuiſſe, ſi Latinè loqui vellent, mihi ſuadeo*. Andreas Mangellus, *Hoc tamen mirum in noſtro Merlino; quod raro exemplo ciuilibus negotijs addictus, & ijs omnibus ſeueriorum ſcientiarum dotibus cumulatus, quarum ſingulas in ſingulis diuiſas demiraretur Orbis, adeò Poëſis laude exornetur, adeò ipſam Poëſim exornet: vt ad hanc ſolam natus, & inſtructus*

eſſe videatur. Habent ſanè Rotæ Patres, quod gratulentur; oleam Themidis, tàm pretioſa lauri inſitione fœcundiorem redditam eſſe: lancem Aſtrææ aurea chely æquiùs libratam: iuſtitiæ numini famulatrices Muſas adiunctas; imitatione, ſeù potiùs æmulatione magnorum priſci æui Verticum, Trebatij, Modeſtini, Proculi, & ex recentioribus Alciati. Et Gaſpar de Simeonibus ad Petrum la Seine, cuius ob os non Itali tantùm, & qui Latinis literis ſatis eruditi ſunt, ſed Graij etiam ora obuertunt ſua: *Nepenthes tuum, magnum illud ingeniorum pharmacum, non, vt olim, hoſpitibus curarum lenimentum, at ipſum modò in Vrbe hoſpes, gratam ſui apud ſtudioſos excitauit, & gloriæ, & commendationis curam. Peregrinæ quidem, ac ſanctioris Opus eruditionis viſum eſt omnibus, quotquot Romana Academia, fœcunda literarum Parens, ad immortalitatem alit; quos vt præteream, vnum pro millibus habeo Clementem Merlinum; cuius hic tibi doctrinam adumbro, vt in eius æſtimatione iudicia omnium agnoſcas, & planè intelligas, quantùm ex alieni præſtantia nominis tuum probes. Miratur iampridem, atque exoſculatur tanti Viri ingenium, ſeuera alioqui æſtimatrix, Roma; in quo & explicatam probitatem, & doctrinam æquè inſpectes non ad fucum compoſitam, vt, pro veteris ſapientiæ exemplo, tempora in eo, non virtutem requiras; digno cumprimis, qui, & virtutis, & fortunæ aleam in ipſa Sapientiæ principe Aula euinceret. Et ſanè illum, Iuris non minùs, quàm iuſtitiæ conſultiſſimum, euexit Romana Rota; non quã fallax, ac lubrica, in ancipiti fortunæ gradu, Aulicorum vulgus circumagit; ſed quàm, æternitatis monumentum, æquabilis, & conſtans Aſtræa inſidet, ad oracula publica felicitatis. Nec verò per Legum ſalebras aruit viuidum ingenium; Muſis nimirùm amœnioribus excultum, floreſcentem viriditatem diù, & comiter oſtendit: eloquentia in eo eſt, quæ molli ſententiarum lapſu blandè influens in animos, vel imitationem præſentibus compararet, vel admirationem poſteritati tranſcribat: mentis in vniuerſo Diſciplinarum ambitu, vis ingens: memoria ad miraculum tenax: acre iudicium, nec aliorum ſtudijs parcens, quod ſuis exactæ caſtigationis penſum præſtituat: vt perindè tibi, Vir Clariſſime, tutò exiſtimandum ſit, ab illo tuum ingenium ad veritatem, non ad gratiam, commendari.*

dari. At velim, à me Præſulem, ſtudiorum tuorum amantiſſimum, tantùm ad virtutis cenſum apud te euocatum, haud quidem pro meo inſtituto laudatum putes; veteri, ac ſapienti monito, Optimorum laudem non eſſe: & inaniter quemquam virtutes admirari ſuprà admirationem poſitas. Vale.

COELESTINVS BRVNVS Venuſinus, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, Theologiæ Profeſſor, & Cœnobij Panormitani Regens, edidit,

Paruam Logicam, ſiuè, *Præludium neceſſarium ad arduam Logicæ diſciplinam*. Panormi apud Ioannem Antonium de Franciſcis 1618.

COELIVS TALVCCIVS Aſculanus edidit Italicè,

Il Paſſaggio di D. Maria d'Auſtria Regina d'Vngaria per lo Stato Eccleſiaſtico l'Anno 1631. Auguſtæ 1631. in 4.

Scripſit præterea,

Gli Applauſi del Campidoglio per il Prencipe Prefetto D. Taddeo Barberini. Nondum euulgauit, quod ſciam.

CONSTANTINVS CAIETANVS Syracuſanus Congregationis Caſſinenſis Ordinis S. Benedicti, & Præſidens Collegij Gregoriani in Vrbe, plurima tùm ſua, tùm aliorum, tineis obſita, concinnauit, partim edita, ſcilicet,

1 *Operum B. Petri Damiani*, Tom. III. obſeruationibus, ac *Notis* illuſtratos. I. continet Epiſtolarum lib. VIII. Romæ 1606. II. Sermones de Sanctis, & Sanctorum Hiſtorias. Ibidem 1608. III. Opuſcula Theologica, & Moralia. Ibidem 1615. in folio. Paulo V. Pont. Max.

2 *B. Amalarij Fortunati Ordinis S. Benedicti Cardinalis, & Archiepiſcopi Treuerenſis vitam*, Scipioni Burgheſio. Romæ Typis Iacobi Maſcardi 1612. in 4.

3 *Libros IV. de Imitatione Chriſti*, multis in locis ex Veteribus Codicibus reſtitutos, auctos, & emendatos, quibus addidit, *Concertationem*, qua verus Auctor, eorundem librorum Ioannes Gerſen Abbas Vercellenſis vindicatur. Paulo V. Romę 1616.

4 Eandem *Concertationem* priori editioni auctiorem; cui acceſſit, *Apologetica reſponſio* pro hoc ipſo librorum Auctore Ioanne Gerſen, aduerſus Heribertum Roſueidum Societatis Ieſu Presbyterum. 1618. in 8.

5 Libros

5 Libros II. pro Ioanne Diacono S.R.E. Cardinali, *de S. Gregorij Magni, eiuſque Diſcipulorum Monachatu Benedictino*, Paridi Londronio Archiep. Salzburgenſi. Salzburgi 1620. in 4.

6 Sanctorum trium Epiſcoporum Religionis Benedictinæ luminum *Iſidori Hiſpalenſis, Ildefonſi Toletani, & Gregorij S. R. E. Cardinalis Epiſcopi Hoſtienſis vitas, & actiones*, ſcolijs illuſtratas. Acceſſerunt *Opuſcula* quædam eiuſdem S. Iſidori nondum edita. Philippo III. Hiſpaniarum Regi. Romę 1616. in 4.

7 *Carmen* in libros Ligni vitæ, & eorum Auctoris Arnoldi Vioni commendationem. Venetijs 1595.

8 *Animaduerſiones in vitam S. Anſelmi Epiſcopi Lucenſis*. Leguntur inter monuméta contrà Schiſmaticos à Iacobo Gretſero Societatis Ieſu publicata. Ingolſtadij 1613. in 4.

9 *S. Columbanum Abbatem Bobienſem, & Lucenſem, cum ſuis fuiſſe Ordinis S. Benedicti, Aſſertionem*, inter Scholia in vitam S. Atagni à Martino Abbate Farfenſi ſcripta. Auguſtæ Vindelicorum 1627. in 8.

10 *De erectione Collegij Gregoriani in Vrbe, Epiſtolam Encyclicam*. Romæ ex Typographia Cam. Apoſt. 1622. in 4.

11 Lingua Italica *Giudicio ſopra la vita del Rè Dauid ſcritta dal Signor Ranuccio Pichi Secretario dell' Altezza di Parma*. Romæ 1631. Partim edenda,

Operum S. Petri Damiani, Tom. IV. erunt Orationes, Carmina, & Rythmi,

Vitam S. Benedicti.

Acta S. Scholaſticæ Virginis eiuſdem Sororis.

Acta S. Placidi Abbatis, & Martyris.

Acta S. Gregorij Magni.

Acta S. Petri Cœleſtini.

Acta S. Thomæ Aquinatis.

De Sanctitate Luciferi Epiſc. Calaritani lib. II. Apologeticos.

In vitam Gelaſij II. Papæ è Familia Caietanorum à Pandulpho Piſano ſcriptam, Commentaria.

Vitam Bonifacij VIII. Papæ ex eadem Familia, cum Apologia pro eiuſdem Bonifacij ingreſſu ad Pontificatum legitimo, prudenti regimine, & glorioſa morte.

De

De numis, & numiſmatibus in honorem B.M.V. cuſis, lib. II.

De Veneratione Sanctorum, lib. II.

De Sacroſancta Baſilica Vaticana.

De Antiquitate Regulæ S. Auguſtini, & Canonicorum, quos vocant Regulares, lib. I.

De Præſtantia Religionis Benedictinæ, ſeù, *de quatuor cauſis eiuſdem Regulæ, Materiali, Formali, Finali, & Efficiente*, lib. IV.

Opuſcula quædam Ambroſij Authperti Magiſtri in humanioribus Caroli Magni, & Abbatis S. Vincentij de Vulturno propè Capuam fluuio.

Opuſcula S. Bertharij Abbatis Montis-Caſini, & Martyris ex ſanguine Regum Gallorum.

Opera S. Bruni Epiſcopi Signini, Tomis quatuor comprehenſa, & Scholijs, & Argumentis *illuſtrata*.

Variarum Concertationum, volumen.

CCC. *de vitis Sanctorum Hiſtorias adhuc ineditas*, cum Notis, & Scholijs.

Opuſcula diuerſa Veterum Patrum, Tom. III.

Opuſcula, & Epiſtolas S. Columbani Abbatis Bobienſis, cum Notis, & Argumentis.

Sermones, & alia Opuſcula Ioannis Gerſen Benedictini Abbatis S. Stephani Vercellarum, cum Apologia pleniori, & auctiori, Illum fuiſſe legitimum Auctorem Librorum *de Imitatione Chriſti*.

Opera Thomæ Galli Benedictini Abbatis S. Andreæ Vercellarũ.

De Caietana Familia Commentaria ab Anno Chriſti DCC. ad noſtra tempora. Conſtantini, cum laude meminêre plurimi, inter eos non contemnendi Cæſar Baronius in Annalibus Eccleſiaſticis ſæpiùs, & Anno M L X X I I. fatetur ideò à Clemente V I I I. Romam accerſitum Caietanum, vt impreſſioni Operum D. Petri Damiani præeſſet. Robertus Cardinalis Bellarminius de Scriptoribus Eccleſiaſticis, in Damiano. Arnoldus Vionus Belga in libris de Ligno vitæ, Antonius Poſſeuinus in Apparatu Sacro. Clemens Rainerius Anglus libro de Apoſtolatu Anglicano Benedictino. Franciſcus Biuarius Hiſpanus Commentarijs in Flauium Lucium Dextrum. Bartholomæus Gauantus in Rubricas Breuiarij. Franciſcus Auantius in Manuali Simpli-

plicium, Iacobus Gretſerus aduerſus Replicatorem Caluinianum. Ioannes Salas in 1. 2. Sancti Thomæ. Andreas Salazar Notis ad Regulam S. Benedicti, Lucas Vaddingus Notis in Opuſcula S.Franciſci, & Annalibus. Chriſtophorus Beſoldus, Spicilegio politico, & iuridico. Maximilianus Sanderus Academicorum Commentariorum lib. I. Michaël Ghislerius Tom. I. Commentariorum in Iëremiam, Octauius Caietanus Syracuſanus Notis de Sanctis Siciliæ, & in Hiſtoria Siciliæ. Andreas Victorellus, & Ferdinandus Vghellus Additionibus ad Ciacconum, Abrahamus Bzouius compendio Annalium Baronij. Conſtantinus Bellottus Colloquijs de inſtituto Gregorij Magni. Martinus Martinez Apologia de Patronatu Hiſpaniæ S. Æmiliani. Carolus Stengelius Lucida Corona Religionis Benedictinæ, & Monaſteriologia, quam ipſi inſcripſit. Laurus Orcheſtra. Dominus de Marigliac, & alij, intereos Conſtantinus Caietanus, & *Archiuiorum perueſtigator diligentiſſimus*, & *de antiquitate Eccleſiaſtica benè merens*, & *planè doctus*, & *doctiſsimus*, & *de Antiquitate merendi cupidiſsimus*, & *eruditiſsimus Pater*, & *pius*, & *grauis*, & *eloquens*, & *elegans* paſſim, non ſine omnium admiratione audit.

CORNELIVS BALBIANVS Flander edidit Italicè, *Specchio Chimico*. Romæ apud Grignanum 1619. in 8.

CORNELIVS HANEGRAVIVS Belga Canonicus Regularis Præmonſtratenſis Eccleſiæ B. Mariæ de Tungerlo Diœceſis Biſcoducenſis, Romæ ſui Ordinis Procurator, & Collegij Sancti Nortberti de Vrbe, pro cuius fundatione ſummoperè laborauit, conſtitutus præſes ſcripſit Italico idiomate,

Compendium Vitæ, & Inſtituti S. Nortberti, Fundatoris S. Ordinis Præmonſtratenſis, Guidoni Bentiuolo Cardinali. Romæ Typis Iacobi Maſcardi 1632. in 8. Alia de ſuo Ordine propediem ab eo expectamus.

CORNELIVS CORNELII à LAPIDE, *Bucoldianus Eburo Societatis Ieſu Theologus, & linguæ Sanctæ*, vt narrat Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica, *ac ſacræ Scripturæ annos XVII. Louanij Profeſſor: nunc Romanæ in Vrbe docet pari, celebritate doctrinæ, ac nominis. Scribendi genus ſectatur breue, quod Belgis familiare, eoq; Biblia ſacra explanata euulgare cœpit*, videlicet,

Com-

Commentaria.

1 *In Pentateuchum*. Antuerpiæ apud Nutium 1623. in fol.

2 *In IV. Prophetas Maiores*. Antuerpiæ apud Nutium, & Fratres 1622. in fol.

3 *In Prophetas Minores*. Lugduni, ſumptibus Claudij Landry 1625. in fol.

4 *In Hieremiam, & Baruch*. Antuerp. apud Nutiũ 1621. in fol.

5 *In Acta Apoſtolorum*. Lugduni, ſumptibus Iacobi, & Matthæi Proſt 1627. in fol.

6 *In omnes D. Pauli Epiſtolas*. Antuerpiæ apud Hæredes Martini Nutij, & Ioannis Meurſij 1617. in fol.

7 *In Epiſtolas omnes Canonicas*. Lugduni, ſumptibus Iacobi, & Matthæi Proſt 1617. in fol.

8 *In Apocalypſim*. Lugduni, ſumptibus eiuſdem 1627. in fol. Sub pręlo ſunt, *In libros Sapientiales*, hoc eſt, I. *in Eccleſiaſtem*. II. *Prouerbia Salomonis*. III. *Sapientiam*. IV. *Cantica Canticorum*. Hominem nobis ita Victorellus in Recẽſione Virorum Illuſtriũ pręſentauit, *Cornelius à Lapide in diuinarum Scripturarum ſtudio laudatè continuus earum explicationem vigintiquatuor, & eo amplius annos in Belgio, & Romæ publicus interpres auditoribus tradidit, Enarrationes eius pias, doctasq; in Pentateuchum, in Prophetas Maiores, in D. Paulum, obuijs vlnis Chriſtianus Orbis excepit. In Prophetas alios, in Apocalypſim, in Epiſtolas Canonicas, aliasq; in alios Sacros libros breui vulgandas non minus lætè excipiet.*

CORNELIVS SAS Theologus, & Canonicus Machlinienſis edidit,

Epitomen Praxeos virtutum Theologicarum, præſertim quæ media ſunt Salutis. Romę Typis Vaticanis 1632. in 16.

COSMVS MORELLES Valentinus Ordinis Pręedicatorum Prouincię Aragonię, Inquiſitor Colonienſis, inſignis Theologus, & pro Dei Eccleſia indefeſsè laborans, edidit,

1 *Opera omnia D. Thomæ Aquinatis* emaculatis, varijsq; lectionibus ſuę integritati reſtitutis. Colonię in fol. Tom. XIII.

2 *Diſputationem Francofurdianam inter ipſum, & Miniſtros Caluinianos*, occaſione Apoſtaſiæ cuiuſdam Religioſi factæ Hannouię propè Francofurtũ. Colon. apud Greuenbruck 1610.

3 *Diſpu-*

3 *Diſputationem habitam inter eundem, & miniſtrum Boxhornium Caluinianum, quondam ruralem Decanum Tinenſem,* ſuper Iuſtificatione, *Habitam Breda in Brabantia*, Coloniæ apud eundem.

4 *Flandria Metaphyſicam*. Ibidem.

Habet affecta penès ſè,

Tractatum de Iure decimandi.

De Diſpēſatione Apoſt. in cauſa Matrimoniali Ducis Neoburgi.

Commentaria in primam partem D. Thomæ.

Quodlibetales Quæſtiones XL.

Opuſcula varia de Fide contrà modernos Hæreticos.

Opera Alberti Magni ex Manuſcriptis codicibus correcta: quibus pleraq; addet eiuſdem non adhuc impreſſa. & alia.

Huius cum laude meminerunt graues huius ſeculi Scriptores, P. Gualterus in opere Chronologico ad annum 162. Michaël Rò, Ioannes Lopez Epiſcopus Monopolitanus, Aubertus Miræus, Franciſcus Sueertius, & Alphonſus Fernandez in Not. Scriptorum Prędicat. Familię de eo hæc ſcribit, *Fr. Coſmas Morellas Conuentus S. Onuphrij propè Valentiam filius, ingenio promptus, iudicio acris, memoria tenax, Hæreticorum noſtra ætatis hoſtis acerrimus, ac indefeſſus malleator, Regens in Colonienſi ſtudio, atque in publica Academia Theologiæ Cathedræ Præfectus, edidit plures tractatus, per modum controuerſiarum aduersùs Caluiniſtas, & Luteranos, inter alios de Valore Operum noſtrorum, vnum, circà Diſputationem celebrem, quam Francofurti aduersùs Caluiniſtas habuerat. Viuit adhuc maximo Religionis Catholicæ augmento, Hæreticæ prauitatis Inquiſitor inſtitutus à Paulo V. Diœceſum Colonienſis, Moguntinæ, & Treuerenſis. De ipſo loquens Capitulum generale Pariſienſe Anno MDCXI. in Prouincia Aragoniæ pag. 47. ſic ait. Ob multa, & ſingularia beneficia, quæ Magiſter Fr. Coſmas Morellas in partibus Germaniæ Ordini præſtitit, variosq; labores, quos diſputando, & ſcribendo in Catholicæ Religionis propugnationem, hæreſisq; extirpationem pertulit, & in dies perfert, ſupplemus, ex ſpeciali gratia, & indulto quemcumque defectum, qui circà Magiſterium quocunque modo acciderit,* &c. *Atque operibus D. Thomæ Romæ impreſſis addidit Tom. XIII. in Antuerpia apud Ioannem Krasbergium.*

DA-

Digitized by Google

D

DAMIANVS FONSECA Ordinis Prędicatorum Theologus Eminentiſs. Card. Vbaldini edidit Italicè, *Del giuſto ſcacciamēto de' Moreſchi da Spagna*, lib. VI. ad D. Franciſcum de Caſtro. Romæ apud Bartholomęum Zannettum 1611. in 4. & Hiſpanicè 1612. in 8. De eo Alphonſus Fernandez Placentinus in Concertatione Prædicatoria, vbi de Scriptoribus Dominicanis. *Damianus à Fonſeca Luſitanus, licet Cœnobij Valentini Alumnus, eruditione conſpicuus, ſcripſit librum Italico Idiomate, quem poſtmodum tranſtulit in Hiſpanicum, de Iuſta Maurorum expulſione ab Hiſpania, & de rationibus ſolidioribus, ac efficacibus, quibus Catholicus Rex noſter Philippus III. è regnis Hiſpaniarum illos eiecit.*

DAVID CAMERARIVS Presbyter Scotus edidit,

1 *De ſtatu Hominis.*

Veteris ſimul, ac noua Eccleſiæ, &,

Infidelium conuerſione, lib. III. Catalauni 1627. in 4.

2 *De Scotorum Fortitudine, Doctrina, & Pietate, ac de ortu & progreſſu Hæreſis in Regnis Scotiæ, & Angliæ*, lib. IV. Pariſijs ſumptibus Petri Baillet via Iacobæa 1631. in 4.

DAVID HAEX Antuerpianus publicauit,

1 *Dictionarium Malaico-Latinum, & Latino-Malaicum.* Romæ Typis Congregationis de Fide Propaganda 1631. in 4.

2 *Epiſtolas DLXIX. Iſidori Peluſiotæ ab Andrea Scotto Societatis Ieſu Presbytero Latinas factas.* Romę apud Franciſcum Corbellettum 1629. in 8.

DECIVS MAZZEVS edidit Italicè,

Saluto Trionfale alla Maeſtà Chriſtianiſs. di Lodouico XIII. Rè di Francia per la Roccella conquiſtata, ad Guidonem Bentiuolum Cardinalem. Romæ apud Corbellettum 1629. in 4.

DECIVS MEMMOLVS Presbyter Beneuentanus, Patritius Arianenſis, Pauli V. à ſecretis ad Principes, & Canonicus Eccleſiæ Liberianæ edidit Italicè,

1 *Della Vita Chieſa, e Reliquie de Sancti Quattro Coronati*, Garzię Millino Cardinali. Romæ apud Grignanum 1628. in 8.

2 *Auer-*

2 *Auertimenti per Predicatori*. apud eundem 1630. in 24.
3 *Ricordi da valerſene per conſeguire quiete in queſta vita, e per incaminarſi bene nell'altra, alle Monache di S. Suſanna dell'Ordine di S. Bernardo*.
Dialogi doi da rappreſentarſi in Muſica. Romæ apud eũdem 1630. in 24.
4 *La Suſanna Tragedia*. Romæ apud eundem 1632. in 8. Opus poſthumum euulgauit, vir pietate, ac prudentia celebris Aloyſius Memmolus eius frater. Reliquit præterea.
Alfonſo Rè di Gongo, Tragædiam.
Vita del Cardinal Garzia Mellino.
In lode del ſeruire, Tractatum.
Dell'Honore, Tractatum.
Delle coſe della Baſilica di S. Maria Maggiore, Dialogum.
Contro i Fauttori del Macchiauello, Diſcurſum.
Sopra la moſſa dell'arme Spagnole nel Monferrato, Diſcursũ.
Quę omnia penès dictum Aloyſium Memmolum conſeruantur. Sepulto in Baſilica Liberiana Chriſtophorus Memmolus frater alter Ruborum Epiſcopus, marmoreo tumulo inſcribi curauit.

D. O. M.
Decio Memmolo
Huius Baſilicæ Canonico
Paulo V. Pont. Max.
A Secretis ad Principes,
Solertia, fide, opera ſummè caro,
Eximia in Deum, & Homines pietate,
Vita integritate, morum candore,
Ac eruditione præſtanti,
Omnibus Aulæ ordinis amabili
Chriſtophorus Memmolus
Ruborum Epiſcopus
Fratri dulciſs. lacrymans P.
Dormiens obijt, qui dicere poterat,
Ego dormio, & cor meum vigilat,
XIII. Kal. Iulij
Anno Domini MDCXXXI.
Ætatis LI.

De

De eo Andreas Victorellus in Recenſione.

DERMICIVS THADÆI Hibernus Laonienſis, S. Theologię Profeſſor Ordinis Minorum, edidit,

1 *Nitelam Franciſcanæ Religionis*. Lugduni 1627. in 4.

DIDACVS COLLADVS Ordin. Prędicąt. Prouinciæ Hiſpanicæ, Conuentus S. Stephani Salmāticenſis filius, e Iaponia, vbi multos annos Verbum Dei prædicauit, venit Romam pro negotijs ad Propagationem Fidei pertinentibus expediēdis; edidit,

1 *Hiſtoriam Eccleſiaſticam Iaponiæ ab an.* 1601. *ad an.* 1622. Madriti apud Petrum Tazzum 1632. in 4.

2 *Artem Grammaticam linguæ Iaponicæ*. Romæ ex Typographia Congregationis de Fide Propaganda 1631. in 4.

3 *Modum confitendi, ac formulam examinandi pœnitentem Iaponenſem*. Ibidem in 4.

4 *Formulam proteſtandi Myſteria Fidei*. Ibidem.

5 *Dictionarium Iaponicum*, ſiuè, *Theſauri linguæ Iaponicæ compendium*. Ibidem 1632. in 4. Quæ omnia lingua Iaponica, & explicatione Latina ſcripta ſunt. Sub prælo eſt,

6 *Dictionarium linguæ Chinenſis*, cum explicatione Latina, & Hiſpanica, charactere Chinenſi, & Latino in 4.

7 Varia Opuſcula Madriti edidit, Regi Catholico exhibita, *pro commodiori Euangelij propagatione apud Iapones*, in folio.

DIDACVS PERESIVS MENSA, Hiſpanus, edidit Hiſpanicè,

1 *Sermones varios*. Compluti in folio.

2 *Hiſtoriam generalem Hiſpaniæ à fundatione Hiſpaniæ*, ad Philippum II. Regem Catholicum. Compluti in folio.

3 *Iulium Fulconem de effectibus mirabilibus Eleemoſynæ, traductū in Sermonē Hiſpanū.* Compluti. Scripſit prætereà Latinè,

Geometriam practicam, nouiter auctam in multis.

Coſmographiam, ſeu, *De Sphæra mundi, cum omnibus ſuis concluſionibus demonſtrantibus, ex primis, veris, & immediatis.*

Geographiam, cum demonſtrationibus.

Artē nauigandi, cū omnibus demonſtrationibus Geometricis.

De Methodo ſcribendi, & docendi ex Doctrina Ariſtotelis.

Contrà Geomantiam, & Sortilegiam.

Compendium Phyſicæ Ariſtotelis. *Arithmeticam.*

Compendium in Ariſtotelis librum de Generatione.

F De

De Incertitudine iudiciorum Aſtrologiæ, Tractatum.

DOMINICVS BANDIERA, Protonot. Apoſt. & in Almæ Vrbis Gymnaſio Moralis Philoſophiæ Profeſſor, edidit,

1 *Super Adagio Veteri*, Veritas odium parit, *Problema Ethicum ad lib. IV. Moral. Ariſtotel.* apud Corbellettum 1631. in 4.

2 *De hominis actiua vita*, ſeù, *Moralis diſciplinæ compendium*. Ibidem apud eundem 1630. in 4.

3 *Vtrum nobis optandum ſit, vt amici noſtri ad ſupremos opum, & dignitatum gradus eueharitur*, Ibidem 1631. in 4.

DOMINICVS BENIGNVS edidit Italicè,

1 *Ode per vn' Habito mandato in dono dalla Principeſſa di Venoſa al Sig. Principe Lodouiſio ſuo Spoſo*. Romæ apud Impreſſores Camerales 1622. in 4.

2 *Canzone*, in Nuptijs DD. Barberinorum.

3 *Drama ſopra l'iſteſſo ſoggetto per Muſica*. Ibid. 1629. in 8.

DOMINICVS CAMPESIVS, Ordinis Prædicatorũ, edidit,

1 *Delli Motetti à due, tre, e quattro voci, con vna Cõpieta*, lib. I. Panormi apud Ioannem Baptiſtam Maringum 1615. in 4.

2 *Delli Motetti à due, tre, e quattro voci*, lib. II. Ibidem.

3 *Floridum concentum binis, ternis, & quaternis vocibus modulandum*. Romæ apud Io. Baptiſtam Roblettum 1622.

4 *Lilia campi binis, ternis, quaternis, & quinis vocibus modulanda, cum Completorio, & Litanijs Beatiſsimæ Virginis Mariæ*. Romæ apud Lucam Antonium Soldum 1623. in 4.

5 *Lilia campi binis, ternis, quaternis, quinis, & ſenis vocibus modulanda*. Romæ apud Paulum Maſottum 1627. in 4.

DOMINICVS FIDINVS, Baſilicæ Liberianæ Canonicus, ſcripſit, edidítq; Italicè,

Vitam S. Bibianæ Virg. & Mart. Vrbano VIII. apud Corbellettum 1627. in 4. Quæ poſtea anno 1630. mutatis tantùm prœludijs libri, tanquam nouiter impreſſa in Bibliothecis, expoſita eſt, ſuppreſſo Auctoris nomine, atrox in manes tãti viri facinus, ſi non erit merum furtum; omnium admiratione, qui Auctorem illius, non de S. Bibiana tantùm, ſed & reliqua Hiſtoria Eccleſiaſtica benè meritum cognoſcunt, & dictitant.

DOMINICVS MASSENTIVS edidit,

1 *Li Motetti à vna voce ſola*. apud Maſottum in fol.

2 *Mo-*

2 *Motetti à due, e più voci*. Romæ apud eundem in 4.

3 *Salmi à quattro*. Romæ apud eundem in 4.

4 *Salmi à otto*. Romæ apud eundem in 4.

5 *Canzonette à vna, e più voci*. Romæ apud eundem in 4.

DOMINICVS PONTICELLVS ſub nomine Cœlij Pinti edidit Italicè,

1 *Trattato della Peſte Parte I. & II.* apud Phęũ 1631. in 8.

DOMINICVS PICVS I.C. Eretanus Epiſc. Amerinus edidit, *De Contractibus ſine certa ſolemnitate non valituris ad Cap CLI. Lib. I. Statutorum Vrbis, Commentaria*, ad Paulum V. Romæ ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſt. 1615. in 4.

DOMINICVS SALOMONIVS edidit,

De S. Iuone, Orationem habitam in eius Templo. Romæ apud Franciſcum Corbellettum 1627. in 4.

DOMITIVS PLATVS, Societatis Ieſu, edidit Italicè, *Della Paſsione del Saluatore*, Tractatum. Romæ apud Bartholomæum Zannettum 1617. in 4. & deinde in 8.

E

EMMANVEL FARIA Soura Luſitanus, Marchionis Caſtri-Rodrigi à Secretis edidit Hiſpanicè,

1 *Diſcurſus Morales, & Politicos*. Madriti 1623. in 8.

2 *Varia carmina*, ſtylo Heroico, & Lyrico ſex partibus comprehenſa. Madriti apud Franciſcum Parram, Io. Belgadum, & Didacum Flammencum an. 1624. 1625. & 1627. in 8. 12. & 16.

3 *Epitomem Hiſtoriarum Luſitaniæ*, quatuor Sectionibus. Madriti apud Franciſcum Martinez 1628. in 4. Editurus eſt,

Diſcurſuum Moralium, & Politicorum, partem alteram.

Hiſtoriarum Luſitaniæ de rebus in Aſia, & Africa geſtis, Partem V. & VI.

Hiſtoria Marchionum Caſtelli Roderici, illuſtris Familiæ de Moura, opus ad fidem inſtrumentorum compactum.

Stemmata Nobilium Familiæ Luſitaniæ. De eo Vim-Bodinus in Opere Genealogico Familię Vim-Bodinorum c. 5. *Hinc Duci Fariæ nomen, quod eius poſteris, ac caſtro communicatum. Sic*

F 2 *con-*

Digitized by Google

conſtans, ac frequens opinio in Luſitania, quam nobis retulit Nobilis Emmanuel Faria, & Soura, Militiæ Chriſti auratus eques, elegans, & argutus rerum Luſitanarum Scriptor, Vir quidem, omnium benè de literis ſentientium approbatione, ad quæcunque literaria munera ob egregias animi dotes cum laude obeunda, natus, præcipuè Illuſtriſsimi Luſitaniæ pro Rege Vicarij D. Alphonſi Furtati Mendocij Archiepiſcopi Vlyſſiponenſis, optimi ingeniorum æſtimatoris, ac Mœcenatis calculo commẽdatus, qui illum nec ex facie notum, tantùm editis lucubrationibus, ac fama conſpicuum, à Secretis, vt vocant, Status Indiæ Oriẽtalis, & poſtea Portugalliæ Coronæ deſtinabat, niſi fatum, literatis hominibus ſemper aduerſum, tanti Præſulis conatus, atque conſilia interrupiſſet. Hæc paucula, quando Faria mentio fortè incidit, adijcienda putaui, vt apud poſteros in noſtris ſcriptis, amicitiæ inter nos Romæ cõtractæ monumentum aliquod extaret. Plura de eo Felix Lopius Vega, magni nominis apud Hiſpanos Poëta, in Epiſtola ad eundem. Alij etiam illius paſsim cum laude meminerunt, præcipuè cum ſermo de rebus Luſitanicis fit.

F

FABIVS AMBROSIVS Spinula, è Societate Ieſu, edidit, *Orationem in Paraſceue*, ad Vrbanum VIII. habitam in Sacello Pontificio. Romæ in 4. Mox in folio edet, *De Vita Dauid*.

FABIVS LEONIDA I. V. D. edidit,

1 *Gemitum pœnitentis*, in VII. Odas diuiſum, & ad VII. Pſalmos Pœnitentiales in modum Paraphraſis accommodatum. Romæ apud Phæum 1628. in 4. & Corbellettum 1629. in 12.

2 *Paraphraſim in Cantica Gradualia*.

3 *Paraphr. Pſalmor. qui recitantur in Officio Angeli Cuſtodis*.

4 *Carmen*, in Nuptijs DD. Barberinorum. Romæ 1629. in 8.

5 Plurima eius *Carmina* vtrâque lingua ſparſim apud Iuliũ Capaccium in Elogijs Mulierum, & Virorum Illuſtrium: & Rauẽnæ inter alios Rythmos Italicos 1623. & alibi. Parat editioni *Pſalmos*, & *Cantica*, quæ in Officio B.M.V. recitari ſolent.

Car-

Carminum Latinorum, volumina duo. Italicè vero,
Vn Poemetto in Ottaua Rima, intitolato, Roma liberata dalla peſtilenza, in laudem D. Gregorij Magni.
Di varie Rime Liriche Toſcane, due parti.
Due volumi di Lettere, vno di Negotij, e l'altro di Complimenti. Incumbit tamen ad reliquorum Pſalmorum *Paraphraſim* abſoluendam, vt integra omnium *Paraphraſis* habeatur. In Fabij laudes, dum verba Carminum, & ſententias ponderat, literis ad eum datis, nimiùm, ſed ingenuè profuſus eſt Marchio Villæ, acer harum rerùm æſtimator.

FAMIANVS STRADA, Romanus, Societatis Ieſu, edidit,
1 *Proluſionum Academicarum*, lib. III. Romæ 1617. in 4.
2 Hiſtoria, *De Alexandro Farneſio*, Romæ ſub prœlo eſt.
Proximè etiam prodibunt in lucem alia ab eo compoſita, vt,
De Inſignibus, vulgo *Impreſijs*, liber.
De Artificio contexendæ Orationis, lib. IV.
De Affectibus oratoriè concitandis, liber.
De Moribus ad Oratoriam, liber.
De Re Poëtica, lib. V. quorum I. *De Poëtica* in vniuerſum. II. *De Epica*. III. *De Tragica*. IV. *De Comica*. V. *De Dithyrambica*.
In Partitiones Oratorias Ciceronis, Commentarius.
In Rethorica Ariſtotelis, Commentarius.
Orationum, Tom. II.
Epitaphiorum à ſe compoſitorum, liber. Meminit illius Laurus in Orcheſtra. De eo item Georgius de Forti-Scuto, Anglus, in Ferijs Academicis. *Ac, en alium, & Famiani Stradæ Proluſiones in manus ſumpſit, En virum omnium literarũ, linguarumq; quas vnquàm ſuſpexere antiqui. Quis inter illos, aut dixit, aut cecinit benè, quem Strada non retulit collatione emendatum? Hîc Tullius, ſeù fusè ad populũ, ſeù ſtrictiùs ad Academicos mellita oratione fluit; Hîc Liuius ſuam Hiſtoriam reginã à Romulo ad noſtra deducit tẽpora; Hîc ſuſpicioſus Tacitus exemplar ſubdititij erroris acutiſſimè fingitur. Hîc tragicè præliatur Lucanus, perſpicuè rem oculis proponit Claudianus, ludit ingenioſè Ouidius, buccas inflat fumoſus Statius; ſuauiſſimèq; canit Virgilius, dum Camillus Quernus, ille Poëtarum mimus, athleticè digladians verberat innocẽtes Muſas.* Andreas Victorellus, *Famianus*

Strada, artis benè dicendi multorum annorum publicus Romæ Magiſter, multiplicis eruditionis laude florens, Orator, Hiſtoricus, Poëta tota Europa celebris, Proluſionum Academicarum typis cuſarum auctor, nonnullos modò in purpura illuſtriſſimos viros erudiuit; Liuiani, Saluſtiani, Ciceroniani in ſoluta oratione, Ouidiani, Statiani, Virgiliani in carmine ſtyli, cum libet, imitator, inter plurimos caſtigatæ Latinitatis Scriptores delectus eſt vnus, à quo Magni Alexandri Parmæ, & Placentiæ Ducis, Belgijq; domitoris res præclarè geſtæ hiſtorica, eaque prudenti, & eleganti narratione poſterorum memoriæ tradantur.

At verò rebus Belgicis, ſecundo nimiùm fato, Scriptores hoc tempore laudatiſſimi vnà contigere: hanc ſiquidē mox edendā Famiani Hiſtoriam pręceſſit altera Italicè nuper edita, de Bello Belgico, Eminentiſs. Cardinalis GVIDONIS BENTIVOLIJ; quam omnium plauſu, atque admiratione exceptam, tanquam ſuauiſſimum eloquentiæ epulum doctis ingenijs inſtructum videmus. Reliquam eius partem ſummis votis expectant Viri ſummi; & iam, cuiuslibet diei morula, tamquam ingentium temporum circuitu, deſiderio ſeneſcunt; vtinam quàm citiſſimè longa iſta, infeſtaq; ſenecta exueremur. Graue eſt de hac ipſa Hiſtoria Gaſparis de Simeonibus, Viri Clariſsimi, iudicium, Epiſtola ad Fabium Chiſium, Vtriuſque Signaturę Referēdarium, & Ferrariæ Prolegatum; *Scio, tibi, Vir Illuſtriſsime, pro ingenij tui magnitudine, Bentiuoli Cardinalis Belgici Belli Hiſtoriam tam iucūdè lectitatam, atque exactè perpenſam, vt hìc vel laudationem meam apponere, vel iudicium ſubtexere, inane prorſus, ac ſuperuacaneum putem. Verùm, quia è magnis rebus oblectamentum commemoratione ipſa iuuat repetitum, haud ingratum accidet, ad eam te voluptatem tantiſper reuocare, ac, veluti ex interuallo, tecum regustare ſenſum meum. Et quidem nuperam hāc Italia noſtra felicitatem iure gratulamur, quæ in re ardua, atque à plerisq; tam variè agitata, Viri Principis ingenium nacta eſt, cuius patrio ſermone Hiſtoriam, poſteris, ad antiquæ ſcriptionis notam, illuſtri in exemplo ponat. Habuit ille materia delectum ſe dignum autore; vt, & rei magnitudine præclarum, & ſcribentium comparatione plauſibilem. Iam verò ad hiſtoriæ exædificationem, quàm prudenter omnia collocata! quàm aptè*

di-

diſpoſita! vt, quantùm malè cordatus aliquis, inuidia apud potentiores, ſcribendo, laborarit, tantundem & gratia hic ineat, & commendationis conſequatur. Non is, quamquam penitiſsima rerum arcana peruaſit, in Hiſtoricorum ſcopulum impegit, politicam prudentiam; quam in ijs, quæ è re Chriſtiana ſunt, religioni, ac pietati innoxiam famulari compellit, ac docet; vna vindice, quæ Hiſtoriam armat, atque animat, veritate. Res omninò videas continenter, ac ſolidè contextas, vt ne, identidem conſciſſa narratione, malè animus induat eam, quam Hiſtoricus aſſuit, vtilitatem, ac fidem. Nulla in ludicris mora; nulla leuium conſectatio; par in omnibus ſplendor; graui adeò, ac decoro ductu, vt vbique ſcribentis dignitatem, & purpuram agnoſcas. Apta oratio, quæ nec ſatietatem ieiuna pariat, nec oppleta, ac tumens legentem fatiget, ac premat; vt narratio perinde ſedatè fluens, molliter animum proueheat, leni quadam aura dictionis. Cultu paulò maiore, non quidem ambitioſo, conciones aſſurgunt, & hortationes; concitatæ illæ, vbi res poſtulat, & ad permouendum aptæ; quas tamen ab offenſa arceat prudens ipſa ſtyli temperatio, ac lenitas. Regionum, ac locorum notio diligens, haud nimia; ad rem nec incurioſè exacta, nec, longiore ambitu, cōquiſita inaniter, ac deſignata. Accedit poſtremò ſolers experientia ſcribentis, publico grauiſſimarum rerum vſu comparata; ſine qua vmbratilis, ac priuata eloquentia haud facilè ſe ad normam effingat abſolutiſſimæ Hiſtoriæ. Habent iam magna illa bellatorum nomina, quam acceptam referant immortalitatem doctiſſimo Viro: habet & auitum genus, quam illi ſe debere fateatur, laudem hereditariæ virtutis; quòd, vel in ipſo togatæ pacis otio, ſagatæ Maiorum exempla propiùs vt attingat, bella conſcribere præclarum ducat; & obſignata ſubinde domeſtico ſanguine arma, literis conſignare. Hæc apud te, Fabi eruditiſsime, ſapientiùs antehac explorata, haud vereor, quin publico literatorum calculo ſanciantur; quò plurimum iſtinc momenti acceſſurum confidam vel iudicio, vel admirationi meæ. Vale. Quid ipſe ſentiam, rogat neſcio quis. Fateor me ſæpiùs opus recognouiſſe, non tantùm rerum, ſed ſententiarum, & verborum etiam pondera moroſè admodum, ſed ingenuè examinaſſe, adnotaſſeq; in eo plurima, quibus cęteri, qui ſubinde ad ſcribendam Hiſtoriam animum aduerterint,

meliores, dummodò illius veſtigijs inſiſtant, (arduum ſanè negotium) fieri poterũt. Sed cum, ex inſtituti mei ratione, monumẽta hîc Scriptorum recẽſeam, non mea de illis iudicia interponam, examen illud meum, & de eiuſmodi monumentis ſententiam, quam & priuatim, & multis audientibus palàm recitaui, clariſsimaq; voce teſtatus ſum, exponere ſuperſedeo: non ita tamen, vt, ſi quid apud alios, ſedulus harum rerũ indagator, mihi parauerim, quod & opus illuſtret, & Auctorem, de quo mihi ſermo eſt, exprimat adamuſsim, deteſtando ſilentio inuoluam. Cum itaque magni illius antiquorum Cenſoris, ſed integerrimi (an non tibi venit in mentem modò Dionyſius Halicarnaſſeus?) luculentiſsima ſcripta percurro, fortè in eiuſdẽ de Theopompo Chio, probatiſsimo Hiſtorico, iudicium mentem figo; & tanti Cardinalis lucubrationes nõ coniectura, ſed oculis, ac manibus teneo. Vide eas ſub Theopõpi nomine, exactiſsima quadam ratione perpenſas. Malè credis? Non prædico nugas. Dabo illius ſententiã, licet alienis verbis, quò magis credas; *Theopõpus Chius, eum multas Orationes, tùm in genere demonſtratiuo, tùm in deliberatiuo cõſcripſerit, & Epiſtolas Archaicas, & adhortatorias alias, & memorabilem cõpoſuerit Hiſtoriam, dignus eſt, qui laudibus in cœlum feratur; primùm quidem ob materiam Hiſtoriarum (amba enim præclara ſunt) deindè etiam propter diſpoſitionem. Vtraq; enim facilè percipi poſſunt, & aperta ſunt. Et vel maximè laudandus eſt ob diligentiam, & ſtudium, quod in ſcriptione poſuit. Perſpicuum enim eſt, eum, etiam ſi nihil poſteritati reliquiſſet, multum apparatum huic rei impendiſſe, & maximos ſumptus his colligendis feciſſe. Ad hæc multorũ ipſe ſpectator fuit, & in multorum hominum, qui tum principatũ tenebant, & Imperatorum, & Oratorum, & Philoſophorum familiaritatem Hiſtoriæ conſcribendæ gratia ſe inſinuauit, rem Hiſtoriarũ conditori, omnium maximè neceſſariam, veniens ad finem perduxit. Cuius ſtudium, & laborem cognoſcere poteris, ſi varietatem ſcriptionis eius reputaueris. Nam & gentium conſtitutiones retulit, & ciuitatum extructiones narrauit: & Regum vitas, & mores cuiusq; proprios expoſuit: & ſi quid admiratione dignum, aut ab opinione alienũ aliqua regio tulit, opere ſuo comprehendit. Nec quiſquam autumet hæc ſolũmodò animi oblectationem habere, ſed omnibus, vt*

paucis

paucis dicã, sũmã vtilitatẽ afferunt. Vt verò multa alia ſilentio prætercam, quis eſt, qui inficias ibit, eos, qui philoſophicæ eloquentiæ dant operam, oportere multas gentes, & Barbarorum, & Græcorũ cognoſcere, multas leges audire, Rerump. formas, vitas virorũ, mortes, & fortunam perſpectas habere? His omnibus copiam præbuit Theopompus, non abſtractã à rebus, ſed cohærentem: quæ omnia ad imitationẽ valent. Ad hæc, quantum ex Philoſophia, de pietate, & de alijs virtutibus, multis pulchris orationibus editis, diſſerit? Vltimũ eſt eius opus maximè inſigne, quod à nullo alio eorum, qui res geſtas ſcriptura perſecuti ſunt, adeò diligenter elaboratũ eſt; nec quiſquam, neque priſcorũ, neque recentiorũ eius præſtantiam aſſequi poſſet. Quid verò hoc eſt? illud inquam, quod in ſingulis rebus, nõ modò ea, quæ multis manifeſta sũt, videat, & recenſeat, ſed quod cauſas abditas rerũ, & eorũ, qui eas effecerunt, animum, quẽ haud facilè eſt multis noſſe, exquirat, & quòd omnia ſecreta virtutis fucatæ, & vitij latentis detegat, ac in apertum proferat. Ac mihi quidẽ videtur inquiſitio iudicũ, quæ fit ſcriptis Theopõpi, non minùs diligens, & exacta, quàm illa, quam fabulãtur animis corpore ſolutis apud Inferos fieri ab ijs, qui illic ſunt, Iudicibus. Proindè etiã obtrectator videtur eſſe, dum nonnullos debitis conuicijs afficit, & facta Virorum illuſtriũ non neceſſaria perſtringit: ſimile quiddam faciens, ac Medici, qui corruptas corporis partes, ſecant, & vrunt, quã profundiſsimè cauteria, & ſectiones immittẽtes, non tamen ſanas corporis partes, & benè affectas attingũt. Atque huiuſmodi eſt Character Theopompi, qui res continet. Eã autẽ forma, quæ in elocutione cernitur, maximè ad ſimilitudinem Iſocrateæ accedit. Pura enim dictio, vulgaris, ſimplex, perſpicua, ſublimis, magnifica, & sũmam põpam præſefert, & quadam harmonia temperata eſt, iucundè, & ſuauiter fluens. Differt autem ab elocutione Iſocratis in auſteritate, & vehementia in aliquibus, nimirum cùm ſe in affectus concitandos dederit, & vel maximè cum Vrbibus, & Ducibus improba cõſilia, & res geſtas exprobrat, atque vitio dat. Multus enim eſt in ijs, & à Demoſthenis acrimonia ne paululùm quidem abeſt: quod tùm multis in alijs libris, tùm ex Epiſtolis Archaicis, quas ingenio indulgens ſcripſit, perſpici poteſt. At quinã hic ab Halicarnaſſeo expreſſus? Theopõpus, an Bentiuolus? certè, præſcia Scriptoris mente, in-

di-

diſtinctè vterque. Binas Theopompus Hiſtorias ſcripſit,& Epiſtolas,& Orationes multas, tum in genere demonſtratiuo,tum in deliberatiuo : Nos item Cardinalis Bentiuoli Relationes, & Hiſtoriã Belli Belgici,cum Epiſtolis,iam prę manibus habemus, & certa me ſpes tenet, Orationes etiã eiuſdem aliquando communi omnium bono habituros. Relationes ipſius, ad res Belgicas pariter ſpectantes,Erycius Puteanus,Epiſtola nuncupatoria ad Iſabellam Claram Eugeniam, Infantem Hiſpaniarum, maximoperè, vt par eſt, commendauit.

FAVSTVS VERDELLVS edidit Italicè,

Iſtoria delli ſucceſſi della Chieſa,primam partẽ,Vrbano VIII. Romæ apud Maſcardum 1632. in 4. Molitur alteram partem.

FEDERICVS CÆSIVS, Dux Aqua-Spartæ II. S.Angeli, & S.Poli Princeps I. Marchio Montis-Cœlij II.& Baro Romanus, Academiæ Lynceorum Princeps I.& Inſtitutor, non genere tantùm, ſed diſciplinis etiam celeberrimus, edidit,

1 *Apiarium*,ex Frontiſpicijs naturalis Theatri, quo vniuerſa mellificũ familia ab ſuis prægeneribus deriuata in ſuas ſpecies in Phyſicũ cõſpectũ adducitur. Romæ 1625.in f.magno expãſo.

2 *De Cælo*, quo auctoritate SS.PP.Cælũ eſſe fluidũ,nõ ſolidũ demonſtratur, impreſſũ cũ Roſa Vrſina Chriſtophori Scheineri.

3 *Tabulas Phytoſophicas*, vbi de natura Plantarum luculenter pertractat,vnà cũ plantis Mexicanis. Breui publicabũtur eiuſdẽ,

Metallophytũ, quod Card.Barberino,&Vrbano VIII.obtulit.

Phyſica matheſis.

Naturæ Theatrum, vol. ingens,è quo *Apiariũ* depromptũ eſt.

Vniuerſale rationis Speculum, in quo Vniuerſalis ars Scientiarum continetur.

Prodigioſorum omnium Phyſica expoſitio, pluribus libris.

Cæleſtis naturæ expoſita, pluribus libris.

Moralia, Paradoxa, Monita, & ſimilia pluribus libris. In Geometricis item, ac Mechanicis pleraq; de nouo excogitauit, ſcripſitq; aſsiduè in alijs ſcientijs; Lynceorum, aliorumq;opera in rei Literarię commodum promouit; ad ſcribẽdum inuitauit, ac plane impulit, quorum poſtea ſcriptiones ipſe proprijs ſumptibus edi curauit. Tandemq; latitantem nouæ Hiſpaniæ rerum Medicarum Nardi Antonij Rechi vtiliſsimum hominum

ſa-

ſanitati Volumen, à pluribus Lynceis, & à ſe Commentarijs, Animaduerſionibusq; illuſtratum, & vario Iconum genere condecoratum, nulli parcens ſumptui, in proſpectum omnium Typis dedit. Principis huius eruditionem, & in rebus naturalibus perquirendis, atque inueſtigandis acumen Io. Baptiſta Porta in præfatione libri de Diſtillatione expreſsit.

FEDERICVS CHRISTOPHORVS edidit Italicè,

Vitam S. Andreæ Corſini Epiſcopi Feſulani, Ferdinando II. Magno Hetruriæ Duci 1629. in 4.

FELIX CONTELORIVS Cęſius, Iuris, & S. Theol. Doctor, & ex Cuſtode Biblioth. Vaticanæ Cam. Ap. Cōmiſſarius edidit,

1 *De Aſcenſione Domini*, Sermonem habitum in Baſilica S. Petri. Romæ Typis Iacobi Maſcardi 1616. in 4.

2 *De Deo, Trino, & Vno*, Orationem habitam in Baſilica S. Mariæ Maioris. Romæ apud eundem. 1614. in 4.

3 *De Præcedentia*, &, *De Societatibus Officiorum*, Quæſtiones. Lugduni apud Laurentium Durantium 1630. in 8.

4 *Indicem Legalem Auctorum Materias ex profeſsò tractantium*, ex Bibliotheca Ioannis Baptiſtæ Coccini Rotæ Decani, & Sacræ Pœnitentiariæ Regentis; cum Barboſæ Collectaneis.

5 Quæſtionē, *Vtrum Clericus poſsit à Miniſtris Eccleſiæ extrahi à loco ſacro in illis caſibus, in quibus Laicus extrahi non poteſt*, apud Barboſam in Collectaneis Doctorum lib. III. Decretalium, de Immunitate Eccleſiaſtica Cap. Inter alia. Num. 14.

6 *Conſilium*, apud Maſſobrium in Praxi habendi concurſum. Prælud. 23. dub. 2. num. 66. fol. 208.

7 *Notas, & Quæſtiones in Praxim Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ*. Romæ apud Iacobum Maſcardum in 4.

8 *De Præfecto Vrbis*, Capita 6. Romæ in 4. Editioni parat,

De Canonizatione.

Vitam Martini V.

De Cardinalibus à Martino V. vſque ad hæc tempora.

De Rebus geſtis Alexandri III. ab an. 1175. *vſque ad an.* 1178.

Notas, & Animaduerſiones ad Fortunati Vlmi libellum de Alexandri III. occulto aduentu Venetias 1177. Ex quibus proſtat liber hoc titulo,

Concordia inter Alexandrum III. Summum Pontificem, &

Fri-

Digitized by Google

Federicum I. Imperatorem Venetijs confirmata narratio ad veritatis ſcriptum ſtabilita. Criminationes ab Auctore Actorum Alexandri III. & Chronico Romualdi Archiepiſcopi Salernitani depulſa. Cæſaris Cardinalis Baronij auctoritas à calumnijs vindicata, ex Notis, & Animaduerſionibus Felicis Contelorij, Bibliothecæ Vaticanæ Cuſtodis, ad Fortunati Vlmi libellum, de Alexandri III. occulto aduentu Venetias anno MCLXXVII. Pariſijs apud Dionyſium della Noue 1632. in fol.

FELIX FELICIVS, Monto-Politanus Sabinus, è Societate Ieſu, edidit,

Onomaſticum Romanum. apud Corbellettum 1628. in 8.

FERDINANDVS CÆSARINI Ducis frater, edidit carmine,

Gratulationem Ferdinando Cæſari dictam in Collegio Romano Societatis Ieſu. Roncilioni apud Grignanum 1619. in 4. In eum elegantiſsimè cecinit Gregorius Portius;

Sanguine Cæſareo, trabeisq; ſuperbus auorum.
Puluere Palladio plena Lycea teris.
Abdita naturæ reſeras, Sophiaq; receſſus,
Et verſas crebrò grande Platonis opus.
Auia rimaris, rimatus peruia reddis,
Iuris & immenſi docta Theatra colis.
I decus, I noſtri ſecli, Fernande, recludet
Fama tibi ſedes, teq; per aſtra feret.

FERDINANDVS CAROLVS edidit Italicè,

1 *Nereo, per vn Balletto di Nereidi, e di Tritoni,* in Nuptijs Comitis Nicolai Capprariæ, & Victoriæ Picol-Hominææ.

Dialogo di Zefiro, Flora, Cupido, Felſina, Chori in ijſdem Nuptijs. Bononiæ 1612. in 4.

2 *Vittoria d'Amore rappreſentata in Muſica per vn Balletto di Caualieri Bologneſi. Parlano le Gratie, Venere, gli Amori, otto Femine guerriere nimiche d'Amore, vn'Amorino in Cielo.* Bononiæ 1612. in 4.

3 *Breue deſcrittione della Feſta fatta nella gran Sala del Sig. Podeſtà l'anno 1615. in 2. di Marzo.* Ibidem 1615. in 4. Deſcriptio, Inuentio, & Carmina omnia ſunt eiuſdem Auctoris,

4 *Ragguaglio della perdita, e ricuperatione della ſacra Bēda di Noſtra Signora.* Bononiæ apud Victoriū Benacū 1613. in 4.

5 *Eſa-*

5 *Eſamina ſopra le ragioni del Conte LodouicoTeſauro in diſeſa di vn Sonetto del Caualier Marino*, ſub nomine *del Conte Andrea dell'Arca*. Bononiæ apud Benacum 1614. in 4. Latinè,

6 Orationem, *De Deo Trino*, *& Vno*, iubente Paulo V. in Sacello Quirinali habitam. Romæ in 4.

7 *De Chriſto aſcendente*, Sermonem in Templo Vaticano habitum. Romæ in 4.

8 *Typum Vaticani Templi*. Romæ 1621. in folio expanſo.

9 *Templum Vaticanum, Ferdinandi Caroli ſtylo, Martini Feraboſchi cælo expreſſum*, Vol. I. Sect. I Romę 1622. in fol. magno.

10 *Campus Vaticanus*, Vol. I. Sect. II. Cap. II.

11 *Locus, vbi S. Petrus Cruci ſuffigitur*, eiuſdem Vol. & Sect. Cap. IX. apud Io. Seuerinum Presbyterum Oratorij in I. Vol. de Septem Vrbis Eccleſijs Italicè edito, vulgata ſunt. De ingenti hoc opere, & Ferdinandi ſtudio in Templo Vaticano illuſtrãdo, pauca hic ex multis, & celebratiſſimorum Scriptorum iudicia, ne longior ſim, in medium afferam. Bzouius in Paulo V. Cap. X. vbi de Templo Vaticano, *Eius Baſilicæ extimos, & intimos typos per Martinum Feraboſcum Palatinis fontibus Præfectum ære inciſos, vt Ferdinandus Carolus Parmenſis explicaret, doctoq; & auguſto ſtylo Vaticani Collis, & Templi vniuerſa admiranda delinearet, eo in Vaticanum accito, opus cedro digniſſimum commiſit*. Thomas Dempſterus in Epiſtola ad eundem Ferdinandum, *Legi ante paucuIos menſes, ſumma ingenioſæ tuæ literaturæ æſtimatione, Programma Templi Vaticani, & miratus ſum tàm bellam, tàm varij, & multiplicis operis diſpoſitionem. Multum tibi debet Roma, plura Petri Succeſſor, &, vtcunque ingratum hoc ſeculum ſit, debebit poſteritas, & parem virtuti adoream rependet. Perge porrò, & Phidiæ exemplo cum auguſtiſſima Baſilica, ingenij tui formam æternitati inſcribe*. &, *Auidè etiam præfationem hùc tranſmiſſam percurri, & non modò eruditionem, ſed iudicium approbaui; amplector, & exoſculor curam tanta gloria digniſſimam, & quia feruidè iudicium à tyrone Campi-Ductor exegiſti, candidè profiteor mihi placere Auctorum loca margini appoſita relinqui, cæteras Notas deleri. quando maximè opus illud docto Lectori apparetur, qui Notas deletas facilè ingenio ſupplebit. Vale*

Vale amicorum optimo, & vti prælo muſtea pagina procudetur, cum tuo cliente communica. Et in alia inter cętera. *Legi cum ſumma voluptate, ac vix potui ſatiari, quas paginas incepti operis auſpices mittere voluiſti. Omnia, proba, culta, exquiſita, & variam lectionem, & temperatum iudicium oſtentant; & neſcio an plus ornatui Conſtantinus operis author, quam tu, ſcriptione contulerit. Non vidi quod magis arrideret. Erubui cum meam te ſententiam alijs prætuliſſe indicaſti: non merebar; ſed quia tù ita cenſes, ego gaudeo, & mihi honorificum duco, aliquo apud tè tantum virum fuiſſe loco. Perge bonis auibus, & ſeculum hoc noſtrum illuſtrare, Eccleſiæ dignitatem tueri, amicis tuis ornamento eſſe. Porrò perge, id non meum modò votum, ſed multorum hic Doctorum, qui tua iſthùc tranſmiſſa auidè mecum legerunt, fauentioresq; probauerunt, amœnitatem ingenij tui commendauerunt*, &c. Et Matthęus Raderus, Epiſt. ad Leonem Allatium, *Ferdinandi Caroli typus Tēpli Vaticani, vſque adeò placuit, vt iudicarim nihil poſſe fieri illuſtrius, & magnificentius. Habebit totum opus iuſtam diſpoſitionem, & partitionem. Reſpondebit ſtyli maieſtas maieſtati operis, præſertim ſi per totum opus æquabili calamo decurrerit. Nec dubito futurum, quin hoc ingenij monumentum perennaturum ſit, ab omni naturæ caſu eximium, cui omnia ædificiorum molimina ſubiecta ſunt*.

12 *Epigrammata* varia, & *Carmina Italica* ſparſim edita. Conſcripſit pręthereà pleraq; alia, & in dies conſcribit, quę adhuc inedita penès ipſum latent.

Templum Vaticanum, tribus ingentibus voluminibus expreſſum, opus varium, & Sacrę omnis eruditionis plenum, vt in Typo Vaticani Templi innuitur.

Breuiarium actorum Pauli V. Pont. Max.

Breuiarium actorum Pauli V. cum Venetis. Auctor Solfridus Duncarena. *Pauli Pontificis res geſtas ſcribit P. Lucas VVaddingus, & vberrimè Ferdinandus Carolus, qui in hoc argumento multis iam menſibus non intermiſſa diligentia deſudat, monumentorum manuſcriptorum copia in nobili Cardinalis Burgheſij, Maioris Pœnitentiarij, Archiuio inſtructiſsimus*, refert de eo Victorellus in Paulo V. apud Ciacconum.

Bibliotheca Veteres, Bibliotheca Vaticana à Beato Petro ad Vrba-

Vrbanum VIII. Pont. Max. ſeruata ratione temporum.

Bibliothecarij Pontificij, ad Eminentiſſimum Cardinalem Franciſcum Barberinum Bibliothecarium.

Elogia Virorum belli, ac pacis artibus noſtro æuo clariſsimorũ.

Orationum, Num.CV. plura volumina, quorum duo propediem edentur, videlicet,

Sacrarum, inter quas, *De nomine Ieſu. In diem Chriſti natalẽ. In diem Paraſceues. De patria viuentium, pro dedicatione Templi Vaticani. De præſtantia, & muneribus Angelorum Orat. IX. De gloria Beatorum. De Sacramento Corporis Chriſti. Pro filia Iephthis ad Patrem*, &c.

Moralium, inter quas, *De Regno. De Somnijs. De Accubitu. In Chymicos. In Aſtrologos. In Malos Poëtas*, &c.

Academicarum, inter quas, *Proteus*, ſiue, *Peregrinatio animorum. In Verrem V. pro Vrbe & Aula Romana In Chriſtophorum Columbum. Laudes Peſtilitatis, Febris, Podagræ, Aſini*, &c.

Panegyricarum, inter quas, *In Sanctos. In ſummos Principes. In Decennalia Vrbani VIII. De Ferdinando II. Auguſto. De Ludouico XIII. Rege Galliarum. In Funere Sigiſmundi III. Poloniæ, Suetiæq; Regis. In templa celeberrima*, &c.

Explicationes, & Solutiones Quæſtionum, ac locorum difficillimorum. Expoſitiones in tres libros Ariſtotelis de Anima. In octo libros Phyſicorum. In libros Metaphyſicorum.

Variarum Quæſtionum Mechanicarum, lib. II.

Naturalium, lib. III. *Moralium, & Academicarum*, lib. V.

Epiſtolarum ad Summos Principes nomine aliorum, lib. I.

Variarum Inſcriptionum, liber.

Ad familiares Doctos viros, lib. I.

Poëmatia plura carmine Heroico, lib. II.

Elegiarum lib. II. Inter quas, *Deſcriptio Larij Lacus*, carminum millenum. Italicè verò,

Deſcrittione della Cupola di S. Andrea della Valle in Roma, dipinta dal Caualier Gio. Lanfranchi.

Varij Trattati Politici.

Varie Lettioni, & Diſcorſi, recitati in varie Academie, volumi doi.

Introduttione alle materie d'Honore, con l'accommodamento di

di molti caſi ſeguiti. Et Hetruſco carmine.

Sonetti, Madrigali, Canzoni, e Poemetti varij, volumi doi.

Lagrime di Lucidoro, & Alceo.

Varij Capitoli, per lo più morali. Poëmatia,

L'Armonia del Mondo.

Il Faraone ſommerſo.

La Legge, ò il Monte Sina.

Gioſuè vincitor di ſette Rè. Et Tragædias,

L'Adraſto. *L'Ecuba*. *Il Conſtantino*. & alia. Teſtimonium non leue de hoc viro habes apud Ioannem Seueranum Congregationis S.Mariæ de Vallicella, quam Eccleſiam Nouam indigetant. Sanè Iulius Cæſar Lagalla acerrimi ingenij vir, & Peripateticæ Philoſophiæ gloria celebris lib. 1. de Immortalitate Animorum ex Ariſtotelis ſententia Cap. 30. Ferdinandum Carolum *virum doctiſsimum, & germanè Peripateticum, & ſibi non ſolùm ſtudiorum affinitate, verùm etiam beneuolentia coniunctiſsimum* appellat. Mira de eo leguntur apud Victorellum in Recenſione, quæ vide, ſi lubet.

FERDINANDVS à S. MARIA, Præpoſitus Gener. Fratrum Diſcalceatorum, edidit ad omnes eiuſdem Congreg. Religioſos,

Epiſtolam Paſtoralem. Romæ apud Grignanum 1630. in 8.

FERDINANDVS VGHELLVS, Abbas Monachus Ciſtercienſis, publicauit,

1 *Additiones ad Alphonſum Ciacconum*. Romæ in folio.

2 *Cardinalium Elogia, qui in S.R.E. ex S.Ordine Ciſtercienſi floruere*. Florentiæ per Falcinum 1624. in f. Maturāt editionem,

Italia, obiacentiumq; Inſularū ſacrorū Præſulum monumēta, e vetuſtiſsimis, recentioribusq; tabulis accuratiſsimè collecta.

Præcipui arboris Ciſterciēſis fructus, qui meliori ſeculo vſque ad hanc ferè noſtrā ętatem, graui poſteritatis exemplo, prodiêre.

Romanorum Pontificum, & S.R.E. Cardinaliū Vita, in Epitomen redactæ, in quibus, præter innumeros Ciacconiani operis errores ſublatos, plurimorum Cardinal. nomina, cognomina, patriæ, ſtémata, & tituli, creationis, obitusq; dies veriſsimè recēſentur, quorū certa apud recentiores Auctores nō extat memoria.

De Viris Illuſtribus Ordinis Ciſtercienſis, lib. XX.

Illuſtrium Scriptorum Ordinis Ciſtercienſis, Centuria prima,

Italia

Italia Sacra, complectens Archiepiſcoporum, Epiſcoporumq; omnium ampliſſimi Italici Regni ab ipſis Eccleſiæ incunabulis ad noſtram vſque ætatem præclariſſima geſta.

Antiqua Inſcriptiones, & Epitaphia Notis explicata.

Le vite de' dodici delle più Illuſtri Vergini vſcite dal Paradiſo Ciſterciense, ſcritte in Toſcana fauella. & alia. Sępiùs de eo, ac honorificè locutus eſt Chryſoſtomus Henriquez in Menologio Ciſtercienſi, & Andreas Victorellus Additionibus ad Ciacconum.

FLAMINIVS CERESOLA Bergomas, Theologiæ & I.V.D. edidit olim.

1 *Theſes ex vniuerſa Philoſophia.* Mediolani Typis Michaëlis Tiofi 1584. in 4.

2 *Aſſertiones ex vniuerſa Theologia.* Mediolani Typis Pauli Gottardi, & Leonardi Pontij 1587. in 4.

De Sanctiſſima Virgine duo ſatis iuſta meditatur volumina. In altero, cui titulus erit, *Theſaurus Marianus*, continentur typi Veteris Teſtamenti, & Prophetarum oracula de Virgine Deipara à Sanctis Patribus explicata, Epitheta præterea, & Elogia eidem Virgini ab eiſdem attributa; in altero Teſtimonia Sacrorum Conciliorum, & Patrum ab initio naſcentis Eccleſiæ. Addentur multæ Homeliæ Græcorum Patrum latinitate donatę, anteà nullibi cuſæ. Scripſit item varia Opuſcula; inter ea,

De benedictione Nuptiarum.

De ſignis honoris, & cultus, qua ſine Romani Pontificis licentia, viris cum opinione ſanctitatis defunctis exhiberi poſſunt.

De Laicis in Choro non admittendis, quando diuina Officia celebrantur.

Quomodo Nundina, qua diebus Feſtis celebrantur, defendi poſſint.

An Epiſcopus in ſua Ciuitate, & Diœceſi populo ſibi credito benedicere, & habitum ſibi ratione dignitatis Epiſcopalis congruentem deferre poſſit, quandò Legatus Apoſtolicus, qui Ciuitatem eam regit, non adeſt ibi, vbi eſt Epiſcopus, licet ſit in alio loco prouincia, aut Ciuitatis.

FLAMINIVS FIGLIVCCIVS, Cardinalis Petri Aldobrandini Familiaris edidit,

1 *Hiſtoriam S. Hippolyti Martyris*, Italicè. Romæ apud Iacobum Maſcardum 1629. in 4.

2 *Stanze ſopra le ſtelle, e macchie ſolari ſcouerte col nouo Occhiale*. Romæ apud eundem 1615. in 4.

3 *Vitam S. Franciſcæ Romanæ*. Romæ in 8. Latinè verò.

4 *XII. Cardinales creatos ab Vrbano VIII. Pont. Max.* Lyricis verſibus laudatos. Romæ apud Maſcardum 1626. in 8. Conſcripſit item, ſed non emiſit in vulgus, multorum S.R.E. Cardinalium *Elogia*, quæ ſe legiſſe fatetur Victorellus. Tritum illud omnium ore eſt, laudari à laudato viro omnium eſſe fauſtiſsimum; ſi à laudatiſsimo, & ſpectatiſsimo, & ſinè exemplo omnium maximo lauderis, omnem illud honoris apicem ſuperat. feliciſsimus ergò omnium calculo Figliuccius erit, qui non homines habuit laudatores, ſed quem nos Chriſtiani loco Dei veneramur in terris. Exſcribam hic Odam integram, & ex ſono illo, prægrandique cothurno aliquid etiam dignitatis noſtris ſcriptis accedat.

Vt blanda flores floribus implicat
Laudumq; pulchras Gratia carminis
Nectit Coronas, qua perenni
Fronde virent, capiuntq; mentes
Hac vera fictis miſcet, & vtraque
Perſuadet æque: credere Dædali
Iubet volatum, dum per vndas
Carbaſeis veheretur alis:
Sic fluctuantis per maris æquora
Vectus triremi Bellerophon Equi
Signo decora, per ſupremas
Creditus eſt equitaſſe nubes.
Suadela Thebas condit, & ædibus
Vires vagantes aggregat; attamen
Eſt dictus Amphion eburna
Saxa lyra ſonitu mouere, &
Quòcunque vellet ducere; Pindarum,
Phœbi canora dum fide perſonat,
Multaq; dum ſublimis aura
Fertur Olor, coluere Thebæ.

Tellus

Tellus paluſtrem me tenet anſerem;
Quid me volantem concinit aſſeclam,
Pindiq; diffuſa colorat
Laude meum tua Muſa carmen?
Muta coruſcans luce Poëſeos
Viuis Apelles dicitur æmulos
Pinxiſſe vultus: dum loquaces
Pimpla ſuos tibi dat colores,
Formoſiorem pingis imaginem
Figliucce viui corporis inſito
Decore, celatiſq; mendis
Non ideò minùs eniteſcit
Illuſtris almo lumine gloriæ
Ars mira: ſeris, quin mea poſteris
Tuos loquetur picta longè
Pulchrior effigies honores.

FLAVIVS CHERVBINVS edidit,

Compendium Conſtitutionum Pontificum Romanorum, quas pater Laurentius collegerat, &, in tres Tomos digeſtas vulgauerat. Romæ Typis Cameralibus 1623. in fol.

FLAVIVS de FLISCO origine Genuenſis, Conſentinus natalibus varia edidit carmine, & proſa, vtrâque lingua Muſis non inuitis,

1 *La Sirena Epitalamio*, in Nuptijs DD. Thaddæi Barberini, & Annæ Columnæ. Romæ apud Andream Phęum 1627. in 4. deinde apud Camerales 1629. in 8.

2 *Le Pompe funerali fatte dall'Academia degli Humoriſti al Caualier Gio. Battiſta Marino*. Romæ in 4.

3 *La Voltellina Poema EroicoSatiroComico*. Venetijs.

4 *Epigrammata varia, & alia Carmina*, apud diuerſos Auctores, editurus aliquando, ſi Deus dederit,

Della Metafora.

L'oſſeruata Fede, Comędiam.

Il Prencipe, Panegyricum cum *Notis*, & *Obſeruationibus*.

De Ordine Iudiciario, Tractatum.

De Anagrammate, in quo conficiendo ad miraculum vſque felix ab omnibus iudicatur, Andreas Baianus Epiſtola elegantiſsima

tiſsima ad Paulum Creſcentium. *Bibliothecam, ſeù potiùs farraginem librorum ad Rhetoricen initiandam petis. Papa mi Paule, nec Picus quidem à Mirandula, olim Romæ in omni ſcientiarum genere mille defenſurus Theſes, tantam literariam ſuppellectilem requirebat. Abundare oportet Auditorem manantibus viua voce Magiſtri præceptis, non libris. Illa enim lucem, hi tenebras afferre ſolent adoleſcenti. Diuerſa obſonia ventrem ſauciant, non ſatiant; Non idem eſt congeri, quod digeri. Venter animæ nonnè memoria? nonnè palatum curioſitas? Non omnia, quæ appetit palatum, ventrem iuuant. Veruntamen aliquos, qui fuerant, tibi mitto libros; qui deſunt, ex Bibliopola ſupplebis. Præterea miſſurus de Anagrammatis conficiendis libellum, & Carmina Latino, & Italo ſermone compoſita. Denique opus Valtellinam inſcriptum lepore, & artificio Secchia, ne dicam ſuperiùs, conferendum; iam primum edenda Auctore D. Flauio Fliſco viro planè ingenioſo, & erudito, quæ feriatis diebus legas, & amicorum paribus quandoq; communices.*

FLORAVANTES MARTINELLVS Romanus edidit,

1 *Nonnullas in Ciacconum obſeruationes*, cũ ipſo Ciaccono.

2 *Eccleſiam S. Laurentij in Fonte de Vico Patritio* illuſtrauit. Romæ ex Typographia Camerali 1629. in 8. Iam parturit, *De Suburra, & Eccleſia S. Agathæ*, Hiſtoriam.

Vitam SS. Praxedis, & Pudentianæ cum Notis, ac earundem Eccleſiarum Hiſtoriam.

Aliarum nonnullarum Vrbis Eccleſiarum Hiſtoriam.

Anaſtaſij Bibliothecarij varias lectiones: Florauantem Victorellus *virum prudentem, & in veteribus monumentis perquirendis diligentem* nuncupauit Additionibus in Ciacconum, cuius labore ſuas ipſe Additiones auctiores ſæpiſsimè fecit.

FORTVNATVS SCACCHVS Fanenſis Ordinis Eremitarũ S. Auguſtini Theologus, Sacrarij Apoſtolici præfectus vulgauit hactenus,

1 *Sacrorum Eleochriſmatum Myrothecium Sacro-Prophanum*, Tom. I. in quo ex antiquis Græcis, & Latinis Scriptoribus, quidquid ad nomina, antiquitatem, vſum, & abuſum Oleorum, & Vnguentorum ex ſacris habetur literis, dilucidè explicatur. Romæ apud Hæredem Barthol. Zannetti 1625. in 4.

2 Sa-

2 *Sacrorum Eleochriſmatum Mirothecium alterum*, quod inſcribitur *Conſecrationis*, explicans compoſitionem, & vſum Vnguenti à Deo inſtituti ad conſecrationem Sacerdotum, Altarium, Tabernaculi, & omnium Moſaicorum vtenſilium eorundemq; formas de nouo ex ſacris literis cognitas aperiens. Romæ apud eundem 1627. in 4.

3 *Sacra Biblia vulgata editione, Tranſlatione ex Hebræo Sanctis Pagnini, Tranſlatione Romana ex Septuaginta, & Chaldaica Paraphraſis Tranſlatione congeſta*, ad Scipionem Cardinalem Burgheſium. Venetijs apud Antonium Pinellum 1609. in folio. Scripſit præterea,

Eleochriſmatum tres alios Tomos. I. nomen eſt, *Myrothecium Regiæ Inaugurationis*, in quo Reges Iſraëlis vngendi ritus exponuntur. II. *Myrothecium Nuptiale*, in quo ritus Nuptiarum, & vnctiones ex Teſtamento veteri, & nouo referuntur. III. *Myrothecium Funebre*, in quo modus condiendi cadauera ex ijſdem ſacris literis traditur.

Quæſtionum Theologicarum, Tom. II.

Sacrarum Scripturarum loca ſelecta. & Italicè,

Conciones tàm in feſtiuitatibus Sanctorum, quàm in Dominicis totius anni, & Ferijs Quadrageſimalibus. Nunc ſcribit,

De Cultu, Canonizatione, & Beatificatione Seruorum Dei. opus ingens, ac varium. De eo Ioannes Baptiſta Laurus in Selecta Epiſtolarum cent. Epiſt. 29. *In his Fortunati Scacchi Auguſtiniani Sacrorum, vt nunc quidem titulum fecit, neque dum edidit, Eleochriſmatum libros quinque, quos ad me miſit, eoſque rara eruditionis fruge reſperſos ad miraculum vſque ſuſpexi*. Michaël Ioannes Vim-Bodinus in Hiſtoria Eccleſiaſtica Valentina. *Hanc ſententiam, vt ex ipſo audiuimus amplectitur vir in diuinis, & humanis literis, ſic opera edita teſtantur, cum laude verſatus, Reuerendiſsimus Fortunatus Scacchus Apoſtolici Palatij Sacriſta, in Commentario, quem magno ſtudio, & æquali doctrina, ac eruditione molitur de Sanctorum Canonizatione*. De titulo Eleochriſmatum vir πιτράſωνος Bernardinus Stephonius Epiſtola ad eundem Fortunatum inter alia hæc differebat. *Iam de Chriſmidea nihil muto. belliſsime poſita ſunt omnia, quaſi qui lucem primum haurire cœperim, om-*

nia iam nunc animo pracipio, latiora multiiugis doctrina Stromavarium, & diſcolori filo ſubtegmina multiplicis antiquitatis: Ergon nouum, Parerga luculenta. Tamen vide ſodes diligentius, ne qua pars alicubi pro genere ponatur, neu genus aliquod numeretur in partibus; praſertim in totius operis inſcriptione, tùm in librorum pranotationibus ſingulorum, in quibusq; poſtremò capitibus: ſi tamen non continentur vniuerſæ, ſed diſtincta capitulatim in ſingulis operis partibus explicantur. Niſi quid tibi ſecus videtur, hoc equidem operi nomen inſcripſerim. MYROPOLIVM è ſacris, & profanis totius antiquitatis literis expreſſum à F. Fortunato &c. *Et hac ad operis ipſius ſummam. Singulis porrò libris,* Myrothecium *nomen apponerem, hoc ferè pacto.* Myrothecium Regis, *vbi diſputatur de Regis vnguento.* Myrothecium Sponſi, Myrothecium Sacerdotis, Myrothecium templi, *& reliqua deinceps eodem modo.* Myropolium, *quod officinam vnguentariam Latinè ſonet, argumenti genus indicat. in hac officina, ſua videlicet oleorum conditoria diſerta ſunt, qua notiſsimo nomine Myrothecia dicuntur. Has vides generis eſſe partes. Illud in his omnibus Rhetorum praceptum nos fugerè non debet: qui ſummas operum, & diſputationum poſitiones, quas propoſitiones, & inſcriptiones vocant, verbis quam pauciſſimis, lectiſsimis, notiſſimis explicari volunt. Id enim verò percommodè tunc fit, cum rerum genera, generum appellationibus, partes partium vocabulis indicantur. Ita mihi quidem videtur. Tu ſi quid aliter ſenties: meam facilè ſententiam ſic deponam, vt accedam tua.* Porrò de Fortunato Ignatius Braccius.

Iam pridem merita quod caput infula
Tandem conſpicuum nunc tueor tuum,
Fortunate, Sacello
Summi, & Pontificis praes.
Dicam, quanta animi latitia fruar;
Si qua fortè tuam tu mihi mutuam
Vim, ſuadeq; medullam
Sermonis dederis tui.
Id non Muſa valet dicere nam mea;
Ipſe, & Pierides id nequeant nouem;

Sum-

Summo, & vertice Pindi
Nec Phœbus properans queat.
Euantum interea fas mihi Manadum
Audiri reſonis eſto boatibus,
Quin, ſin muta loquuntur
Vota, at ſat referant tamen.

FRANCISCVS ANGELONVS Interamnenſis Academicus Inſenſatus, & Hippolyti Cardinalis Aldobrandini S.R.E. Camerarij à Secretis, edidit Italicè,

1 *Gli Irragioneuoli Amori*, Comędiam. Venetijs anno 1610.

2 *La Flora*, Comędiam. Patauij anno 1614.

3 Dialogum ſub hoc Titulo, *Piego di Sig. Agreſtino de Calzanti indirizzato ad Eraſto Afrone di lui come figliuolo amatiſſimo*. Iuuenem ad euitandas malarum feminarum fraudes, exemplo etiam aliorum inſtruit. Venetijs 1615. & 1616.

Penès ſe habet Opuſcula varia, præcipua tamen ſunt,

Le Comedie.

Cento Scherzi amoroſi à guiſa di lettere rappreſentati.

Vn'Arcadia ad imitatione di quella di Sannazaro.

Molte Nouelle ad imitatione del Boccaccio.

Lettere d'ogni ſorte.

La Iſtoria degli Imperadori Romani con la verità delle Medaglie antiche illuſtrata.

FRANCISCVS ANTONIVS BLVNDVS à S.Seuerino Ordinis Minorum Conuent. & in Seraphico Collegio D. Bonauenturæ de Vrbe Regens, edidit,

Diſputationes Scoticas, in quibus diuinæ prædeſtinationis, & reprobationis myſterium iuxtà doctrinam Scoti dilucidatur. Bononiæ 1625.

FRANCISCVS ANTONIVS FLESCA edidit Italicè,

Amoroſa Conſtanza, Tragi-Comædiam, Romæ apud Guillielmum Facciottum 1629. in 12.

FRANCISCVS ANTONIVS SGAMBATVS I.V.D. Sacrę Theologiæ Doctor, Presbyter Neapolitanus, & in Almæ Vrbis Gymnaſio Primarius Inſtitutionum interpres edidit,

1 *Introductionem ad Iuris vtriuſque ſcientiam*, ad Franciſcum Card.Barberinum. Romæ apud eundem 1630. in 4.

2 *Commentaria in IV. libris Institutionum Iuris Ciuilis D. Iuſtiniani Imperatoris*, Tom. II. Romæ apud Franciſcum Corbellettum 1632. in fol. Editurus eſt,

Lecturas Ordinarias Octo.

Praxim Dataria Romana.

De Immunitate Eccleſiaſtica, Tractatum.

Super IV. libros Inſtit. Iuris Canonici Pauli Lancellotti.

FRANCISCVS BALDVCCIVS Siculus Panormitanus edidit Italicè,

I. *Rime Amoroſe*, duobus libris. II. *Heroiche*. III. *Lugubri*. IV. *Morali*. V. *Sacre*. VI. *Familiari*. VII. *Conteſa di Parnaſo, ouero Propoſte, e Riſpoſte paſſate frà l'Auttore, & alcuni altri*. VIII. *Parafraſi ne i doi libri di Claudiano del Ratto di Proſerpina*. IX. *Capitolo del Viaggio di Roma*. Romæ apud Guilielmum Facciottum 1630. in 12.

FRANCISCVS BATTAGLINVS Ariminenſis edidit,

Heraclitum humana vita miſerias lugentem, ad Franciſcum Cardinalem Barberinum. Romæ apud Ludouicum Grignanum 1629. in 4.

FRANCISCVS BOZZIVS Eugubinus, Thomæ variorum librorum Auctoris frater, Congreg. Oratorij Presbyter edidit,

De Temporali Eccleſia Monarchia, Tomi I. partem primam. Romæ Typis Aloyſij Zannetti 1601. in 4. Præparat edendos,

Annales Antiquitatum.

D. Petri vitam. Victorellus in Recenſione, *Franciſcus Bozzius Romani Oratorij Sacerdos in Philoſophia, & Theologia, ſacra, profanaq; Hiſtoria non vulgare ſtudium poſuit, eruditum de Temporali Eccleſia Monarchia opus confecit, & dedit in vulgus. Annales mundi ſummo labore conſcriptos citò dabit, necnon D. Petri vitam, non vno contentam libro*.

FRANCISCVS BRACCIOLINVS Piſaurenſis edidit Italicè ſoluta oratione,

1 *La vita di S. Diego*. Mediolani 1596. vincta verò,

2 *L'amoroſo Sdegno*, *Paſtorale*. Venetijs apud Ioannem Baptiſtàm Ciottum, & Mediolani, & alibi. & triplici diuerſa verſione in linguam Gallicam ſe vidiſſe pluribus locis editam, ſunt viri probi, qui aſſerant ſe vidiſſe.

3 *Della*

3 *Della Croce racquiſtata Canti XV*. Pariſijs in 12. & poſtmodum Lucæ. & anno 1611. Venetijs apud Ciottum, & Iunctas, eiuſdem Poëmatis Cantus XXXV. & alibi in Italia, & extrà Italiam ſæpiſſimè.

4 *L'Euandro*.

5 *La Pantaſilea*.

6 *L'Arpalice*, Tragędias. & Poëmatium,

7 *La partenza d'Enea da Didone*.

8 *Lo ſcherno delli Dei*. Florentiæ, Venetijs, & alibi ſæpiùs.

9 *L'Elettione di Vrbano Papa VIII*. lib. XXIII. Argumenta librorum confecit Iulianus Bracciolinus. De eodem Poëmate diſcurſum addidit Iulius Roſpiglioſus. Romæ 1628. in 4.

10 *Della Roccella Poema*, Cant. XX. Romæ.

11 *L'Hero, e Leandro*.

12 *Il Monſerrato*, Tragędias. Romæ.

Poſſunt etiam edi eiuſdem Tragędię, & Dramata,

L'Olimpia.	*L'Otio ſepolto*.	*La Filli*.
L'Erminia.	*L'Angelica*.	*L'Oreſte*.
La Tisbe.	*L'Herilia*.	*Il Tito*.
S.Giuliano.	& Poëmata Epica.	

Il Trebelo, Cant. XX.

La Giuditta, Cant. X.

L'Endimione, Cant. IV.

Saffo, Cant. IV.

Conuerſione della Maddalena, Cant. V.

Guerra de Giganti, Cant. II. & alia carmina iocoſa, & ludicra,

Conuito di Cecco Antonio.

Morte dell'Oruietano.

Sonetti della Lena.

Satire, e Capitoli. Item grauia,

Volume di Poeſie Liriche, cioè, Sonetti, e Canzoni.

Bracciolinus à Iulio Mazzarino diſcurſu 102. ſuper Pſalmum *Miſerere*, pro concione laudatur: numeraturq; inter Scriptores Hetruſcos, celebres tamen, à Scipione Errico in Nuptijs Muſarum: & Georgius Coneus pientiſſimus, ac doctiſſimus vir Prefatione ad Lectorem in lib. De duplici ſtatu Religionis apud Scotos, ſimili eum Elogio ornat, *Deplorat eiuſdem Mariæ caſum*

in

in clariſsimo ſuo Poëmate de Vrbano in Summum Pontificem electo Franciſcus Bracciolinus, vir priſco morum candore, & integritate conſpicuus: qui Heroici carminis maieſtatem, & cothurni grauitatem cum lepore comico tanta felicitate coniunxit; vt in ſingulis iure meritò de principatu certet: ita deridenda veterum numina ſocco induit, vt nihil vrbanius, ſuauiusq; aut antiqua, aut noſtra Theatra viderint.

FRANCISCVS BRICCIVS Societatis Ieſu edidit,

1 Orationem *in Funere Alexandri Peretti Card. Montalti*, ad Cardinales. Romæ ex Typographia Alexandri Zannetti 1623. in 4.

2 *Diem Domini*, Orationẽ in Paraſceue, ad Vrbanum VIII. habitam. Romæ Typis Vaticanis 1633. in 4.

FRANCISCVS CARDVCCIVS edidit,

Epithalamium, in Nuptijs DD. Thaddęi Barberini, & Annæ Columnæ. Romæ apud eundem 1629. in 8.

FRANCISCVS CARNICERVS Calaritanus edidit,

Tractatum, *De Eccleſia primitiali Calaritana*. Calari apud Ioannem Baptiſtam Sabam in 4.

FRANCISCVS CIROCCHVS Fulginas, Abbatis D. Petri Columnæ à Secretis edidit Italicè,

1 *La vita di S. Maſſalina Vergine, & prima Martire di Foligno*. Peruſiæ apud Marcum Nauarinum 1620. in 8.

2 *Annotationi ſopra la vita di S. Feliciano Veſcouo, e Martire Protettore della Città di Foligno*. Ibidem apud eundem eodem anno in 8.

3 *La vita del Seruo di Dio Gio. Battiſta Vitelli Fondatore dell'Oratorio, e Compagnia del buon Giesù di Foligno*. Fulginię apud Auguſtinum Alterium 1625. in 4.

4 *La vita del B. Leuiano da Foligno*, Ibidem apud eundem eodem anno, & forma.

5 *Il Natale, Ecloga Paſtorale in verſo ſciolto*. Ibidem apud eundem 1628. in 12.

6 *La B. Agnolina, Tragicomica Rappreſentatione Spirituale in proſa*. Ibidem apud eundem 1629. in 12.

7 *L'Eremita Antonio*, Poëma ſacrum Patris Ludouici Veruccij è Nurſia. Ibidem apud eundem 1628.

FRAN-

FRANCISCVS GVERRINVS Romanus edidit,

1 *Gl'Innocenti querelati.* Romæ apud Guillielmum Facciottum 1628. in 12.

2 *Gli tre finti Villani*, Cardinali Biſciæ, Vrbe-Veteri apud Rinaldum Ruulum 1632. in 12.

FRANCISCVS LEVERA Romanus edidit,

1 *Vrbanæ Congregat. per Sũmum Pontificem Vrbanum VIII. approbatæ enucleationem: & ad ipſius amplificationem* additę eiuſdem Congregationis *Conſtitutiones*. Romæ apud Impreſſores Camerales 1628. in 4.

2 Epiſtolam ſatis prolixam ad Andream Argolum, *De Latitudinibus, Directionibus, Cœleſtibus domicilijs, & Directionum menſura.* Romæ apud Facciottum 1629. in 4. Scripſit pręterea,

De Beata Ciuitate, Ciue, ac Domo, lib. III.

Animaduerſiones ſingulares in libros Politicorũ, Ethicorum, & Oeconomicorum Ariſtotelis.

De motu perpetuo.

Explanatio Veteris, ac Noua aſtrorum diſciplinæ experientia illuſtrioris.

De temporibus vniuerſalium, ac particularium euentuum plura recondita, & vtillima ad morboſos euentus medendos, & depellendos. Meditatur,

Vrbanæ Congregationis Annales. Hilarius Altobellus in Tabulis Regijs Cap. 12. *præclaro ingenio præditum* appellauit, & Andreas Argolus Aſtronomicorum Lib 3. Cap 16. De Latitudine ſeruanda in Directionibus, *Has difficultates*, refert, *aliasq; variò cum plurimis communicauimus, nullusq; nobis viſus eſt medullitus eas, melius, & ſaniori iudicio enucleare I.V.D. Franciſco Leuera Romano, viro, qui præter Aſtronomicas, & alias Mathematicas diſciplinas, quibus cum paucis comparandus eſt, inſignitus, naturalis, & moralis Philoſophiæ intimè calet, moribus ſuauiſsimis.*

FRANCISCVS MAGDALENVS CAPIFERRVS Romanus Ordinis Prædicatorum, & S. Congregationis Indicis à Secretis edidit,

Elenchum Librorum omnium, tùm in Tridentino, Clementinoq; Indice, tùm in alijs omnibus S. Indicis Congregationis particula-

ticularibus Decretis hactenùs prohibitorum ordine vno Alphabetico digeſtum. Romæ apud Camerales 1632. in 12.

FRANCISCVS MARIA del MONACO Siculus Drepanitanus Clericus Regularis multa ſcripſit Hetruſco,Latinoq; idiomate, *in vtroque*, vt Franciſcus Boluitus ait, *admirandus ob variam eruditionem, ac neruoſam Eloquentiam*, edidit Italicè,

1 Panegyricum D. Thomæ Aquinatis, dictum in Templo Patauino Dominicanorum, quem appellauit, *La Penna*. Vincentiæ apud Franciſcum Groſſum 1620. in 4.

2 Panegyricum Coriolani Garzadori Epiſcopi Cherſonenſis, & in Germaniam Nuntij Sedis Apoſtolicę, quem dixit *Il Sole*. Ibidem apud eundem 1618. in 4. Latinè verò,

3 *Elogia XIV. Patrum Religionis Clericorum Regularium*. Mediolani apud Impreſſores Archiepiſcopales 1621. in 8.

4 *In Actores, & Spectatores Comœdiarum noſtri temporis*, Paręneſim. Pataui j apud Impreſſores Camerales in 4.

5 *Horam ſubceſiuam*, hoc eſt, *publicos honores de B. Andreæ Auellino ab Vrbano VIII. decretos*. Pataui j apud Impreſſores Camerales 1625. in 4. Molitur,

Virtutis, & Sapientiæ Characteres, Notis, & Parergis illuſtratos, Tomos II.

FRANCISCVS MARIA SPINELLVS Siculus Platienſis Clericus Regularis edidit Italicè,

Panegyricum B. Caietani Thienęi Clericorum Regularium Inſtitutoris, dictum Neapoli in Templo eorundem Paulino, quem appellauit, *La Fenice rinouata*. Neapoli apud Lazarum Scorriggium 1626. in 4.

FRANCISCVS MARIA TORRIGIVS Romanus, Canonicus S.Nicolai in Carcere Tulliano, plura Hetruſco, Latinoq; ſermone edidit, Hetruſco,

1 *De excellentia Doctrinæ Christi*. Romæ apud Guillielmum Facciottum 1608. in 4.

2 *Sacre Grotte Vaticane*. Viterbij apud Auguſtinum Diſcipulum 1618. in 8.

3 *Affettuoſe Orationi*. Typis Cæſaris Scaccioppi 1623. in 16.

4 *Diarium Vaticanum*. Romæ apud Facciottum in 16.

5 *Vitam SS. Barlaam, & Ioſaphat*. apud eundem 1621. in 8.

6 *Bre-*

6 *Breuem rationem viſitandi VII. Altaria Baſilicæ Vaticanæ.* Romæ apud Ludouicum Grignanum 1624. in 12.

7 *Catalogum Canonizationum*. apud eundem 1625. in 8.

8 *Sacro Pellegrinaggio delle Quattro Chieſe dell' Anno del Giubileo*. Romæ apud eundem 1625. in 8.

9 *Expoſitionem Orationis Dominicæ, & Salutationis Angelicæ*. Romæ apud Facciottum 1614. in 8.

10 *Narratione dell' Origine dell' antichiſſima Chieſa de' Sãti Michaële Archangelo, & Magno Veſcouo, e Martire*. Romæ apud Franciſcum Caballum 1629. In 8.

11 *Carmina in laudem B. Ritæ de Caſſia Ordinis S. Auguſtini* inſcripta, *I ſacri affetti in lode della B. Rita da Caſſia*. Romæ apud eundem 1628. in 16.

12 *De Indulgentijs VII. Altarium Baſilicæ Vaticanæ*. Romę apud eundem 1631. in 4.

13 *Vitam Cardinalis Roberti de Nobilibus Bibliothecarij Apoſtolici*. Romæ apud Stephanum Paulinum 1632. in 4.

Latino verò,

14 *Catalogum verborum difficiliorum Grammaticæ Emmanuëlis Aluari*. Romæ apud Facciottum 1606. in 8.

15 *De B.M.V. Modeſtiæ laudibus*, Orationem habitam in Baſilica Vaticana Non. Aug. ad Clerum. Romæ apud eundem 1616. in 4.

16 *De B. Mariæ pulchritudinis laudibus*, Orationem habitam Ibidem apud eundem 1617. in 4.

17 *De Eiuſdem puritate*. Romæ apud eundem 1618. in 4.

18 *De Eiuſdem laudibus*. Romæ apud eundem 1619. in 4.

19 *Notas ad Inſcriptionem Vrſi Togati Pilæ vitreæ inuentoris*. Romæ apud Grignanum 1630. in 4. Nunc parat,

Alteram partem ſacrarum Cryptarum Vaticanarum.

De ſacro Sudario B. Veronicæ, Tractatum.

De Eccleſia S. Nicolai in Carcere Tulliano.

De Baſilica Vaticana. & alia.

FRANCISCVS MARINVS Venetus Clericus Regularis, cùm B. Iacobo Salomonio Veneto Beatitatis honores collati eſſent, Panegyricum in eius laudem Italicè habuit Venetijs in Templo Fratrum Prædicatorum SS. Ioannis, & Pauli coram Sere-

Sereniſſimo Duce, & Senatu vniuerſo, quem inſcripſit, *Giglio.* Venetijs apud Ioannem Guerrilium 1618. in 4.

FRANCISCVS MARTIANVS Proſperi Magni Patris filius Saxolenſis edidit,

Anti-Paralogiſmum ad ea, quæ Aëtius Cletus, & Ioannes Manelphus ſcripſêre contra Annotationes Proſperi Martiani ad Marſilium Cagnatum. Romæ apud Facciottum 1622. in 4.

FRANCISCVS MENDOZA *Hiſtoricas Relationes* Eminentiſsimi Cardinalis Guidonis Bentiuoli Hiſpanas fecit, editas Neapoli 1631. in 4.

FRANCISCVS MIEDEL edidit Italicè Comędias,

1 *I ſtrauaganti Succeſſi*. Viterbij apud Auguſtinum Diſcipulum 1623. in 12.

2 *Amanti Schiaui*. Vrbe-Veteri apud Ruulum 1631. in 12.

3 *Naſcita d'Imeneo*. Viterbij apud Diſcipulum 1623. in 12.

4 *L'Innocente Principeſſa*. apud Maſcardum 1627. in 12.

FRANCISCVS RAPACCIOLVS Romanus Literarum Apoſtolicarum Maioris Præſidentiæ Abbreuiator edidit,

De Domini in Cœlum Aſcenſu, Orationem ad Vrbanum VIII. habitam in Baſilica Lateranenſi. apud Corbellettum 1629. in 4.

FRANCISCVS RIGHELLVS edidit Italicè Comędias,

1 *Pantalone Impazzito*. Vrbe-Veteri 1631. in 12.

2 *L'Oſſeruata Fede*. Maceratæ 1631. in 12.

3 *Flauia Tradita*. Roncilioni apud Dominicum Dominici 1614. in 12.

4 *Serua Aſtuta*. Romæ apud Saluionum 1625. in 12.

5 *Pedante Impazzito*. Bracchiani apud Phęum 1629. in 12.

FRANCISCVS RINALDVS Societatis Ieſu, edidit ſub nomine Heraclij Vecchi Italicè,

Memoriale delli oblighi, che hà il Chriſtiano nell'vltima infermità, ò nel tempo vicino alla morte, compoſitum à Stephano Palma eiuſdem Societatis, & ab eodem ex Hiſpanica lingua in Italicam verſum. Romę apud Corbellettũ 1632. in 24. Scripſit etiam eadem lingua,

1 *Vitam Iacobi Laines II. Societatis Generalis*. Molitur,

2 *Scalam Cœleſtem*, opus Spirituale.

FRANCISCVS RIPA Florentinus S. Theologiæ Magiſter

Val-

Vallumbroſanæ Congregationis Monachus edidit,

De Simonia, Tractatum in tres partes diuiſum. Romę Typis Franciſci Corbelletti 1631. in 4.

FRANCISCVS ROGERIVS edidit,

1 In Nuptijs Marci Antonij Burgheſij, & Camillæ Vrſinæ Principum Sulmonis, *Hymenæum*. Viterbij ex Typographia Diſcipulorum 1619. in 4.

2 *De laudibus Vrbani VIII. Pont. Opt. Max. Carmina*. Romæ Typis Alexandri Zannetti 1623. in 4.

3 In Nuptijs Thaddæi Barberini, & Annæ Columnæ, *Nidum Alcyonis*, *Idillium*. Romæ apud Hæredem Bartholomæi Zannetti 1627. in 4. & Camerales 1629. in 8.

4 *Elegiam in mortem Sittis Maanis Ioërida*, &,

Epigrammata in eandem. Romæ apud Bartholomæum Zannettum 1627. in 4.

5 *In obitum Aldinæ Catellæ Hieronymi Aleandri*, Carmen, & alia ſparſim. Scripſit præterea,

Epigrammatum, Centuriam.

Laudationem S. Gregorij Magni.

Laudationem Marcelli II.

De nomine Vrbis Romæ altero, quod dicere arcanis Cæremoniarum antiquitùs nefas habitum. De eo Victorellus in Recenſione, *Franciſcus Rogerius candidæ latinitatis laudem aſſequitur, & cum pangit docta carmina, & cum ſoluta orationis ſtadium currit*, & Laurus in Orcheſtra.

FRANCISCVS ROSSELMINVS Piſanus edidit,

Epithalamium, in Nuptijs DD. Thaddæi Barberini, & Annæ Columnæ. apud Impreſſores Camerales 1629. in 8.

FRANCISCVS SACCVS Rheginus edidit,

1 *Paraneſim Amoris*, Epithalamium in Nuptijs DD. Thaddęi Barberini, & Annæ Columnæ. apud Maſcardum 1627. in 4.

2 *Facem pronubam*, Epithalamium in eoſdem. Romæ apud eundem 1627. in 4. & Camerales 1629. in 8.

3 *Saggi di Poeſia diuiſi in Soggetti Amoroſi, Sacri, Eroici, Funerali, e Varij*. Romæ apud eundem 1612. in 12.

FRANCISCVS STELLVTVS Academicus Lynceus Fabrianenſis edidit Italicè,

1 *Perſio tradotto in verſo ſcielto, e dichiarato*. Romæ apud Iacobum Maſcardum 1630. in 4. Franciſco Card. Barberino.

2 *Il Pegaſo Epitalamio*, in Nuptijs DD. Federici Cæſij, & Iſabellæ Saluiatæ. Romæ apud eundem 1617. in 12.

2 *Parnaſo Canzone*, in Nuptijs DD.Federici Cæſij, & Iuliæ Veronicæ Sfortiæ. Romæ apud eundem 1631. in 4. Plura cudit in eiuſdem linguæ ornatum. *Hic*, vt Io.Faber in Hiſtoria Plantarũ, & Animalium Mexicanorũ prodit, lib. 1. pag. 757. *tàm mirabilem Anatomen prãbuit partium omnium externarum, quæ in Ape ſunt minuto animalculo, oculorum, inquam, linguæ, cornuum, iubæ, aculei, pedis, digitorum, aliarumq; & nuper in æs incidi commiſit, atque felicitati Vrbani VIII. dedicauit, vt hæc omnia malim te oculis tuis intueri, quam rudi meo calamo adumbrare*. & Fabius Columna Annotationibus in eundem librum pag. 895. *Et impreſſum à Lynceorum Academia S. D. N. Papæ Vrbani VIII. in perpetuæ deuotionis ſymbolum oblatum fuit anno 1625. cũ noſtratis Apis imagine accuratiſſimè à clariſsimo D. Franciſco Stelluto Lynceo, viro præterquam in alijs omnibus, vt ſuprà diximus, ſcientijs, in naturalibus etiam ſtudioſiſsimo nouo quodam Micro-Scopio obſeruata; vt qui illam viderit, in admirationem incidat, tùm tàm multas partes, organaque ipſa apertè depicta diſcernit, quæ ab intuentium oculis in ipſo animalculo omninò abſconduntur*. Ab eodem etiam Stelluto arbori Mexicanæ nomen inditum tradit idem Fabius ibidem pag 865. *Huius arboris durum nobis, vel æquiuocum nomen, & copioſi ſtellati fructus ſtipitibus frequenter adhærentes, ſatisq; noſtro iudicio, priuata arboris nota, in mentem reuocauit, vt molliore, firmioreq; denominatione illam decoraremus, & ob id STELLVTAM arborem copioſis ſcilicet refertam ſtellis appellaremus in mutui amoris ſignum, quo maximè deuincimur ab immenſa erga nos beneuolentia non modò genere, ſed omni virtutum, ac diſciplinarum varietate clariſsimi viri D. Franciſci Stelluti Lyncei collegæ noſtri, cuius laudes, quamuis à nobis hoc loco taceantur, ex varijs doctiſsimi viri ſcriptis iam omnibus ferè nota ſunt*. Eum porrò magnificè extollit Io. Faber ibidem, *memini mihi à Franciſco Stelluto Lynceo Fabrianenſi, viro, vt ob animi candorem omnibus eſt cariſsimus, ita ob*

Ma-

Matheſeos ſcientiam, tàm Clauio, Valerio, & Magino olim amiciſsimus, quàm à Galilao nunc aſtimatiſsimus, oculato teſte narratum fuiſſe, &c. Et Ignatius Braccius Recinetenſis Ode ad Virginium Cæſarinum,

Vis quanta pectus gaudij hilararet tuum,
Eſſes ſuperſtes Virgini,
Fuluam tuererisq; Lynceus iubam
Apum Leonina parem;
Ocellulosq; ſeta quos vallat crebra;
Et duplici labellula
Seruata vagina: quod & mirum eſt magis,
Ex ore linguas paruula.
Prodire quinque, acutulos gladios velut
Stellatus exiguo vitro.
Rimatur hac Franciſcus oculari meus.
His paſceres tu oculos diu,
Animumq; ſitientem ſcientia nimis, &c.

FRANCISCVS TORRETTVS edidit Italicè, Comædias,

1 *La Pazzia di Clorinda*. Viterbij apud Auguſtinum Diſcipulum 1628. in 12.

2 *Li Schiaui Gemelli*. Ibidem apud eundem 1623. in 12.

FRANCISCVS VENTVRIVS Epiſcopus S. Seueri edidit, *Vitam S. Andrea Corſini Ordinis Carmelitani Epiſcopi Feſulani*. Romæ apud Hæredes Bartholomæi Zannetti 1629. in 4. Ex hac ſuam Italicè concinnauit Federicus Chriſtophorus impreſſam apud eoſdem 1629. in 8.

G

GABRIEL de CORRAL Valliſoletanus in vtroque Iure laureatus edidit,

1 *Argenidem Ioannis Barclaij*, Sermone Hiſpanico. Madriti apud Ioannem Gonzalez 1628. in 4.

2 Librum proſa, verſuq; compoſitum, quem *Cynthiam* voluit appellare. Madriti 1627. in 8.

3 *Carmen in Romanam Præfecturam Principis Thaddæi Barberini*. Romæ 1631. in 8. Abſoluit propediem edenda,

Opera Poëtica S. D. N. Vrbani Papæ VIII. cultiori Hiſpanorum lingua vario carminum genere. Necnon,

Lucubrationes, & Interpretationes in Martialis Epigrãmata. Aliaq; meditatur, quæ vltimam limam expectant.

GABRIEL FABER Gallus Ordinis Minorum Conuentualium Procurator Generalis edidit,

1 *De ſacra Aſsiſienſi Eccleſia*, ad Franciſcum Cardinalem Barberinum, opus Panegyricum. Romæ apud Iacobum Maſcardum 1627. in 4.

2 *Apologiam in defenſionem ſui Inſtituti*. Pariſijs in 8. Italicè verò,

3 *Panegirico ſopra* l'Exaudiat, *con occaſione della preſa della Roccella*. Romę apud Camerales 1628. in 8.

GABRIEL FONSECA Luſitanus Medicus, olim in Piſana Academia Profeſſor edidit,

Medici Oeconomiam. Romæ apud Andream Phęum in 8.

GABRIEL NAVDÆVS Pariſinus ætatis ſuæ anno trigeſimo primo in comitatu Io. Franciſci ex Comitibus Guidijs à Balneo S. R. E. Cardinalis, cui & à cura Librorum eſt, Romam venit: cùm priùs animi excolendi gratia Patauium profectus anno MDCXXVI. clariſsimis illius Academiæ Profeſſoribus, ſuis in lucem editis laboribus, innotuiſſet. Conſcripſerat ſiquidem aliquot annis anteà diſcurſum quendam Philologicum aduerſus libellos Famoſos, Inſtructionem Gallis omnibus, occaſione rumorum, qui falſo de fratribus Roſeæ Crucis diſſeminabantur, oblata, & Apologiam pro viris illuſtribus, Incantationum, & Magiæ falſo poſtulatis. Patriæ ſuæ pauló poſt redditus, in eodem ſcribendi labore perſeuerauit, aliaq; edidit, quorum hîc tibi catalogum ſubiungimus.

1 *Le Marfore, ou diſcurs contre les libelles*. Pariſijs apud Aloyſium Boulengerum in 8.

2 *Inſtruction à la France ſur la verité de Hiſtoire des freres de la Roze Croix*. Pariſijs apud Franciſcum Iulliottũ 1623. in 8. bis, & ſemel in 4. vnà cum Hiſtoria progreſſus Hæreticæ prauitatis cuiuſdam Anonymi, apud Petrum Cheualier. Laudatur

hæc

hæc Inſtructio ab Auctore Mercurij Gallici Tom. IX. ſuæ Hiſtoriæ, & à Petro Gaſſendo in Epiſtolica Exercitatione pro Patre Mart. Merſenno aduersùs Robertum Flud. Reprehenditur à Io. Roberti Societatis Ieſu in libro nondum edito, cui titulus eſt, *Magia fanatica*.

3 *Apologie pour tous les grands Perſonnages faulſement ſoupçonnez de Magie*. Pariſijs apud Franciſcum Targam 1625. in 8. Reprehenditur ab eodem Roberti; laudatur verò ſimùl, & reprehenditur in quibuſdam à Iacobo Gaffarello in libro Gallico, cui titulum fecit, *Curioſitez inouïes*. Defenditur à Claudio Forgeto Nanceiano Doctore Medico Patauino ſub fine libri, quem compoſuit aduersùs vanitatem artis Pythognomonicæ.

4 *Aduis pour dreſſer vne Bibliotheque preſentée à Monſ. le Preſident de Meſme*. Pariſijs apud Franciſcum Targam 1627. in 8. Hunc librum aureum vocauit Ianus Cæcilius Frey, & Synopſin eius vno capitulo complexus eſt in libro, quem edidit ſub hoc titulo, *Via ad artes, & ſcientias*.

5 *Addition à l'Hiſtoire de Louys XI. contenant pluſieurs Recherches curieuſes ſur diuerſes matieres*. Pariſijs apud Franciſcum Targam 1630. in 8. Laudatur hoc additamentum à Victore Pallu in Stadio Medico.

6 *Diſcours ſur les diuers Incendies du Mont Veſuue, & particulierement ſur le dernier qui commença le 16. Decembre 1631*. Pariſijs 1632. in 8. Ex hac Naudæi Epiſtola Veſuuianorum Incendiorũ Hiſtoriam ſe tranſcripſiſſe fatetur Vincentius Alſarius Crucius in Veſuuio Ardente lib. 1. cap. 5. *Hoc mihi indagari, venariq; ſtudenti ex varijs Antiquitatum Scriptoribus en D. Gabriel Naudæus, huius alibi honorifica facta mentio eſt, legendam tradidit Epiſtolam eruditiſſimam, quam ſuper hodierno Veſuuij Incendio compoſitam nuper Lutetiam miſit ad Nobiliſſimos fratres Puteanos Literatorum fautores, & Mæcenates, in qua eadem ferè notata reperi, quæ & ego ex multis tàm antiquis, quàm recentioribus non valdè antè excerpſeram, & quæ nunc ideò libentiùs, & alacriùs hoc in loco pono, tanquam viri doctiſsimi, & librorum omnium helluonis induſtria non vulgari ſtabilita*.

7 *De Antiquitate, & Dignitate Scholæ Medicæ Pariſienſis*, Panegyris cum Orationibus Encomiaſticis ad IX. Iatragoniſtas

laurea Medica donandos. Pariſijs apud Ioannem Moreau via Iacobęa ſub ſigno globi Cœleſtis 1728. in 8. Recitata fuit, & laudata publicè, & Medicorum iuſſu edita.

8 Quæſtio Iatro-Philologica, *An magnum homini à Veneris periculum*. Romæ apud Facciottum 1632. in 8. De ea Caſpar Gevartius Epiſt. ad Ioannem Franciſcum Slingelandum, *Iatro-Philologicam eruditiſſimi Naudæi diſſertationem aduersùs naturæ alaſtoras cum ſummo applauſo percurri. Vtinam plura ab ingenio illo videamus*.

9 *De Studio Liberali*, Syntagma ad Fabritium ex Comitibus Guidijs à Balneo, Nicolai Marchionis Montis-Belli F. Vrbini apud Mazzantinum, & Aloyſium Ghiſonum 1632. in 4.

Habet inſuper penès ſe abſoluta, ſed non edita Opuſcula,

Bibliographiam Politicam.

Analectorum cùm antiquorum, tùm recentiorum, lib. II.

Diſcurſum ingentem, & ex meris Politicæ fontibus depromptum, *de Arcanis Imperiorum*.

Panegyricum dictum S. P. V. ob beneficia ab ipſo Thoma Campanellæ collata.

Curauit præterea, vt ederentur Commentaria Laurentij, & Riolani Patris *in Artem paruam Galeni*, quos è Manuſcriptis Codicibus in lucem protulit. Itemq; *Propædeumatum Philoſophicorum*, eiuſdem Riolani, quibus Epiſtolas dedicatorias præfecit ad Renatum Moreau, & Ioannem Riolanum F. Doctores Medicos Pariſienſes. Huius autem Viri, præter iam memoratos, meminerunt adhuc celebres Scriptores, Renatus Moreau in Commentar. ad Scholam Salernitanam, Iacobus Caſsilius Frey in admirandis Galliæ, Guido Patorius in Præfatione Operum Laurentij, Guilelmus Colletet nobilis Poëta Gallus, in noua ſuorum verſuum editione, Vincentius Alſarius à Cruce in Veſuuio Ardenti. *In qua ſententia nunc eò magis confirmor quò data mihi eſt à D. Gabriele Naudæo, Iuuene variarum literarum peritiſſimo, & Eminentiſſimi Cardinalis de Balneo Principis omnis virtutum genere cumulatiſſimi Bibliothecario, commoditas legendi antiquam Italiam Cluuerii*. Et Andreas Baianus in Oratione aduerſus Maledicos, *Iſte ne vir? ait, minimè, quia viri genium, & ingenium ſibi abdicauit, dum maledicendi virus* mor-

mordaci in ore, & lingua ſemper gerit, vt vipera, atque in calamo, vndè intereat vt Demoſthenes. Virne literatus? Trium quin etiam literarum, fur, cui praeſſe dedignatur Pallas, non autem Mercurius, famæ inquam, & honoris fur, & latro. Alioqui quæ in iſto literæ, ſi omnes lituræ, quibus prius, & verius ſe ipſum delet, & extinguit; quam alios? Stultus item, & infelix, quia vt in ore virus, ſic in capite geſtat antidotum, quo quidem abſciſſo ſæpè hic vipereus ſanatur morſus. Meritò igitur in iſtos Gabriël Naudæus Pariſinus, vir grauiter, & eleganter eruditus libro in libellos famoſos, & Apologia virorum Optimatum, qui falsò Magiæ ſugellantur, edita, tanquam diſtricto gladio inuehitur. Et Gaſpar de Simeonibus, cuius in compingendis carminibus, & texenda oratione numeros, ornatum, & robur, præter ſurdos, & lapides, omnes noſcunt; Epiſtola ad Leonem Allatium. Eam niſi integram hic apponerem, contra Muſas ipſas contenderem iniquus. Eſt itaque talis. Leoni Allatio S. Gaſpar de Simeonibus. *Expectat propediem, mi Allati, literatorum cœtus Homerum tuum; expectat & Chios, egregio iam nomine obſtricta tibi; cuius opera digniſsimum Natum, diu exturrem, in ſinu iamiam reducem fouet: nec leuis tua apud illam pietatis ratio conſtiterit, quæ tibi, ampliſsimo gloriæ compendio, nectit, pro Corona ciuica, immortalitatem. Audio & Naudæum noſtrum, Gallicæ probitatis exemplum, tuique amantiſsimum, noua ſubindè moliri monumenta literarum; è quibus, quæ iam luci imminet, Politica Bibliographia, opinione Doctorum hominum diu concepta, partum haud ſerò decus admittat meritiſsimæ laudis: quam is & edita nuper de Veneuis Diſſertatione, præſtanter adeo comparauit; vt fermè dixerim, Naudæum ſibi gloriam venenis ipſis aluiſſe, inſigni doctrinæ miraculo. Virum noui liberalibus doctrinis politiſsimum; noui in omni vetuſtatis ratione cum induſtria verſatum; quò ad ea, quæ publica fecit, ornamenta ſtudiorum, diligentiæ, ac laboris plurimum contuliſſe haud dubiè videri poſsit: verùm illuſtre illud de ſtudio Liberali Syntagma, quo nobiliſsimum Adoleſcentem egregiè inſtitutum voluit, ſcimus aulicis curis penè diſtracto, ſubſeciuis horis, raptim exciſſe; vt incredibile cuiquam ſit, potuiſſe illum, nullo commentandi otio, nullo Librorum adiumento, tam multis ex antiquitate*

erutis rationibus, & exemplis, quid ad omnem ingenuum morem, erudito diſciplinarum cultu, cum laude faciat, apto ſtudiorum, atque exercitationum delectu, diſertè adeò, & accommodatè præſcribere: niſi forte inexhauſta illa, quæ & Catonis olim fuit, legendi auiditate, ita pridem nobilis heluo ingenium expleuerit, vt iì carere libris nuſquam poſſit, dum ſuo non careat ingenio, ſequè vnum ipſe circumferat. Pergite iam ambo, Viri doctiſsimi, præclaris iſtis laboribus, vel diuturnitatem promereri nominis, vel ſtudioſorum animos demereris apud quos veſtra ingenia non tantùm, vt de Vinicio aiebat Auguſtus, explicant ſeſe in numerato, quæ innumeras, atque extra numerum poſitas lucubrationes, maximo rei literariæ bono, in dies meditantur, & parant.

GALILÆVS GALILÆVS Florentinus, Lynceus, Philoſophus, & Mathematicus edidit plura Hetruſco, Latinoque ſermone.

1 *Sidereus Nuncius*, magna, longèq; admirabilia ſpectacula pandens, ſuſpiciendaq; proponens, maximè Philoſophis, atque Aſtronomis, quæ perſpicilli nuper à ſe reperti beneficio ſunt obſeruata in facie Lunæ, fixis innumeris, &c. apprimè verò in quatuor Planetis circà Iouis ſtellam diſparibus interuallis, atque periodis celeritate mirabili circumuolutis; quos nemini huc vſque cognitos Auctor primus deprehendit, atque *Medicea Sidera* nuncupandos decreuit. Venetijs 1610. in 4. & Francofurti apud Phalthenios in 8.

2 *Iſtoria, e Dimoſtrazioni intorno alle Macchie ſolari, e loro accidenti, compoſte in tre Lettere ſcritte al Sig. Marco Velſero.* Romæ apud Iacobum Maſcardum 1613. in 4. Adduntur tres Epiſtolæ ad Marcum Velſerum, *De Maculis ſolaribus.*

3 *Il Saggiatore, nel quale con bilancia eſquiſita, e giuſta ſi ponderano le coſe contenute nella Libra Aſtronomica, e Philoſophica di Lotario Sarſi.* Romę apud eundem 1623. in 4.

4 *L'Operationi del Compaſſo Geometrico, e Militare.* Patauij apud Petrum Mariuellum 1606. in fol.

5 *Difeſa contro alle calunnie, & imposture di Baltaſſarre Copra Milaneſe, vſategliſi nella conſideratione Aſtronomica ſopra la nuoua ſtella del 1604. come, & aſſai più nel publicare nuouamente come ſua inuentione la fabrica, e gli vſi del Compaſſo*

Geo-

Geometrico, e Militare ſotto il titolo di, Vſus, & fabrica Circini cuiuſdã proportionis,&c. Venetijs apud Baglionum 1607. in 4.

6 *Diſcorſo intorno alle coſe, che ſtanno in sù l'acqua, e che in quelle ſi mouano.* Florentiæ apud Iunctam 1623. in 4. Audio penes eundem extare pleraq; Opera Philoſophica: inter ea non infima ſunt,

Mechanica. Problemata Mechanica.

Elementa noua Scientiæ circà motus locales, Naturalem, & Violentum.

Ad librum Graſſi, cui titulus fuit, Ratio ponderis, & Simbellæ, *reſponſio.* Hunc aliorum ſibi labores furto aſſertos, vt Tele-ſcopij inuentionem, & Sidera Medicea parum cautis diuenditaſſe, multi, & voce, & ſcripto palàm profeſſi ſunt. Illud tamen verum eſt, Tardinum G llum inuentas à ſe de nouo maculas, Galilæi imitatione, *Sidera Borbonia,* inſcripſiſſe. Tantiq; eum apud Gallos fieri, vt nonnulli illius tantùm videndi cauſa, iter in Italiam inſtituerint; & à fide digno Viro accepi, Diodatũ quendam nobilem, literis, ac virtutibus clarum, Florentiam è Gallia eo ſolùm nomine contendiſſe; & cum per tredecim dies ſumma animi oblectatione, de varijs naturæ arcanis ſermonem cum Galilæo habuiſſet, ſat ſibi eſſe propter eum Italiam vidiſſe ratus, cęteris alijs negotijs neglectis, in Galliam quàm maximis itineribus celeraſſe. De eo ſcribit Gualdus in vita Vincentij Pinelli, *Patauij in Academia res Mathematicas magna cum laude profeſſum.* & Laurus in Orcheſtra, *Vibrauit Galilæus Galilæus Mediceorum ſtellarum inueſtigator, & promus, tam non bellè quidem meritus de Solis, ac Lunæ orbibus, quos infuſcat maculis, vtcumque lateat poſt Tabulam Apelles & inſulis modò prominentibus attollit, modò plagis depreſsioribus concamerat, quàm amænioribus ſapientiæ candidatis, aut trabeatis Principibus gratiſſimus habetur.* Iulius Cæſar Lagalla ſcripſit de Phænomenis in Orbe Lunæ, noui Tele-ſcopij vſu, à Galilæo Galilæo nunc primùm ſuſcitatis, Phyſicã Diſputationem, editã Venetijs 1612.

GASPAR de FONTIS, vulgò de FVENTES Hiſpanus Toletanus, Ordinis Minorum Obſeruantiæ, olim Romæ, nunc Compluti S. Theologiæ Profeſſor edidit,

Quæſtiones Dialecticas, & Phyſicas ad mẽtem Doctoris Scoti,

quas Romæ legit. Lugduni apud Iacobum, & Andream Proſt 1631. in 4. Quid de eo ſenſerit doctiſſimus, ac pijſſimus Lucas VVaddingus, habes ex eius Epiſtola ad eundem; *Non poſſum non gratulari tibi de cumulatiſsimo tuorum diſcipulorum Romanorum profectu, quorum felicem in curſu Theologico progreſſum tua cura, tuaq; diſciplina, qua hic in Vrbe ad montem Ianiculum eoſdem educaſti, probi omnes mecum adſcribunt. Benè enim culta adoleſcentum ingenia vtiles fructus producunt, & primo ſemine agri, vel fœcundantur, vel ſterileſcunt. Ex fructu ita probant hic vniuerſim, præſertim diſcipuli tuam doctrinam, vt nihil ſit, quod magis appetant, quam prœli beneficio omnibus communicari palàm, quod priuatis laribus ex tuo ore auidè ſuſceperunt. Meum etiam hoc votum, meum item & deſiderium. Spondeo enim hoc tibi honoris plurimum, religioni ornamentum, & Philoſophiæ amatoribus manifeſtam allaturum vtilitatem: rogauerim itaque, vt ſi qua ſunt, quæ potiori indigent lima, adhibeas, & terſum, ac completum edas, quem hic abſoluiſti artium curſum. Indignum namque eſt, vt ſcrinijs abſcondatur, quod bono inſeruiat communi.*

GASPAR de SIMEONIBVS, Aquilanus, edidit,

1 Panegyrim, ſub titulo, *Aura ad Lemenſium Comitem, Neapolitani Regni Pro-Regem, æſtiuum otium in Pauſilypo oblectantem*. Neapoli apud Tarquinium Longum. 1616. in fol.

2 *Gemmam Oceanitidem, in funere Sittis Maanis Ioëridæ,* Idyllium. Romæ apud Bartholomæum Zannettum 1627. in 4.

3 *Geſtorum Sancti Pamphili, Epiſcopi Sulmonenſis, Epitomen,* quam in Lectiones diſtributam, ac Sacræ Rituum Cōgregationi probatam, recitat in eius Officio Eccleſia, & Diœceſis Sulmonenſis. Romæ apud Ludouicum Grignanum. 1630. in 8.

4 *Carmina*, & *Poëmatia*, Latina, & Italica, ſparſim. Abſoluit,

Carminum Latinorum Lyricorum, Volumen vnum.

Carminum Hetruſcorum, Volumen vnum.

Heroas, in quibus Carmine Heroës noſtri æui Principes, ſingulos integra Panegyri, celebrat. Celebriores ſunt, Summus Pontifex, Imperator, Reges, alijq; Principes, & Cardinales.

Diſcurſuum, & Orationum Academicarum, Volumen vnum, vtrâque lingua, quas in Academia Humoriſtarum Romæ, & Ve-

lato-

latorum Aquilæ, & alibi, ita ferente occaſione, habuit. Ex ijs præcipuè habentur, Italicè,

Del Penſiero, in Academia Cardinalis de Sabaudia.

Delle lodi di S.Gregorio Magno, Protettore dell'Accademia degli Humoriſti, Oratio.

In morte di Girolamo Aleandro, Oratio. Latinè verò,

De Poëſeos prurigine, Problema Academicum.

De Igne, Animos poſt mortem expiante, Oratio.

De Concepta Deipara, Oratio, in qua, præter propria ingenij, & eloquentiæ lumina, quidquid à Theologis pro Conceptione adducitur, eleganti, ac oratorio ſtylo luculenter exponit. Et alia, quæ Volumen integrant. Perfecit prætereà,

Diſcorſi Sacri, Volumen alterum.

Inſcriptiones Epidicticas, & Sepulchrales, Libellum. Meditatur,

Thaumatologiam, ſiuè, *de Miraculis*, Diſſertationem.

Vitas Sanctorum, qui in Samnio habentur.

Elogia Hiſtorica Principum, & Virorum Illuſtrium; multos ipſe, quos Iouius prætererat, aſſumens; labor tamen vlterior, & ſcriptura prolixior in Viros noſtri æui. Antonius Brunus in Epiſtolis Heroicis, Italicè, nuncupatoria Epiſtol. ad ipſummet Gaſparem, fermè virum in hunc ſenſum cõmendat: Eum ſcilicet cùm priſca generis claritudine coniuncta habere literarum egregia ornamenta: & eximia iudicij, & ingenij laude non tantùm grauiores Scientias, ſed & Poëtica, & Oratoria ſtudia præſtanter callere, quorum inſigne ſpecimen ſæpiùs dederit in Academijs Humoriſtarum, & Principis Cardinalis Sabaudi. Nec diſsimilem laudationẽ idem Brunus attexit in ſuis Grãtijs, Epiſt. ad Comitẽ Ludouicum de Agliè, Romæ Sereniſs. Sabaudi Ducis Oratorem. Laudatur etiam à Bartholomæo Tortoletto, Frãciſco Bracciolino; & in Vita Io. Baptiſtę Marini à Io. Frãciſco Ferrario, & Iacobo Philippo Camola; tùm à Gabriele Naudæo, in Epiſt. Gallica de Incendijs Montis Veſuuij ad DD. Puteanos; & Epiſt. ad Leonem Allatium de Funere Hieronymi Aleandri; *Vale, & diſertiſsimo Viro Gaſpari de Simeonibus plurimam meis verbis ſalutem dicas; cui velim prætereà, vt ſequentes verſus, quos inter equitandum fudi, ſi tibi priùs, atque illi probabuntur,*

cum

cum reliquo ferali apparatu, cuius ſe non modò ſponſorem, ſed auctorem præcipuum exhibuit, edendos committas. Et Io. Argolus eidem Gaſpari; *En Carmina, quæ nupera fœtura, ad Laurentium Pignorium, mihi enata vides, Vir Eruditiſsime, iterum ad tuam limam mitto; ea enim eſt tua doctrinæ præſtantia, vt tereti gẽma leuiora, ac nitidiora reuerſura ſint, quæ Claua ipſa Herculis rudiora acceſſerint. Velim parcas, tuaq; eruditioni hoc tribuas, quòd illa quieſcere te à conſulentibus iudicium tuum non ſinat. Eadem expecto remittas, ſtatim ac pumice acerrimi tui ſtyli expolìueris. Scribo raptim, ſtans pede in vno; vt de Lucilio aiebat Flaccus* Orationem eius *de Concepta Deipara* hoc Epigrammate Hieronymus Aleander, qui Vir I cohoneſtauit:

Conceptus ſine labe tuos, puriſsima Virgo,
Vox meritò laudat, quæ ſine labe fluit:
Scilicet ille idem, qui in te tàm mira patrauit,
De te mira loqui GASPARIS ora dedit:
Tàm culti ſiquidem, tàm purum iure nitorem
Debuit eloquij concelebrare nitor.

Illius Orationem Funebrem de Hieronymo Aleandro, Epiſt. ad me data ſic delineauit Bartholomæus Tortolettus. Leoni Allatio V.C. Bartholomæus Tortolettus S. D. *Si non adfuiſti, narro tibi. Heri Aleandrum noſtrum pro roſtris Mancinianis laudauit Gaſpar de Simeonibus, Vir eloquens, atque omni eruditionis, ac doctrinæ genere inſtructus. Oratio Hetruſca, cultaque; ſtylus grauis, & purus; ſententiæ acres, atque ex arcano penu deprōptæ; omnia ad veterem notam. Fateor, me ſumma voluptate fuiſſe perfuſum, cùm probare omnes, plauderèq; vnanimi conſenſione perſpexi. Et quidem conſeſſus ampliſsimus fuit, in quo nonniſi purpura fulgebant, & lauri, quaſi æmulantes. Certauere profectò cum laudatore laudatus, cum laudato laudator; quorum virtutes noſtrum iudicium in medio reliquerũt; dignusq; Aleander mihi videtur, cui Alexander ille Macedo-Perſa laudantem inuideat. Rectè quidem. Academicis noſtris Humoriſtis magno illud in lucro fuit; alium quippè potuiſſent eligere ſapientiùs neminem. Gratulor tibi quoque, Allati optime, qui Gaſpari noſtro familiaris es; etenim, cum laus, quæ à virtute proficiſcitur, ad omnes virtutis ſtudioſos pertineat, ad eos in primis pertinet*

tinet, qui, & communionis ſtudiorum, & peculiaris beneuolentiæ præclaris quaſi vinculis vnà iunguntur. Vale. Et Auguſtinus Maſcardus, quàm mirum eloquentiæ, ac ingenij monſtrum! ad Senatorem Thuanum de Funere Aleandri; *Laudationem in tam celebri funere habuit Vir inter Academicos magni nominis, in quē Plinianum illud Elogium de Virginio, à Conſule Tacito laudato, cadat aptiſſimè;* Nam hic felicitati eius ſupremus cumulus acceſsit, laudator eloquentiſsimus: *Fuit is Gaſpar de Simeonibus, qui lucem nobilitatis, vniuerſa penè literaturæ lumine plurimùm auxit: Philoſophia, Theologia, Matheſeos aliarumq; Diſciplinarum peritiſſimus: in amænioribus autem ſtudijs ingenio tàm ſubacto, vt Latinè non minus, quàm Hetruſcè, quà ſoluta, quà numeris adſtricta oratione, felicitate non diſpari, ſcribat. Egit verò grauiter, vt argumentum, ac theatrum decebat,* &c. Hieronymo itaque Aleandro, tanti Oratoris luminibus, ac neruis, & aliorum doctiſsimorum, cùm ſoluta, tùm numeris adſtricta oratione, nobiliſsimorum Procerum, & Purpuratorum Patrum Senatu plaudente, concinentibus votis in celebri Humoriſtarum Academia parentatum eſt. Et qui monumentis, & ſcriptis editis, ſui nomen immortalitati commendauerat, Principis ſui beneficio, ac munificentia id obtinuit; vt in gratiſsimis viuorum etiam animis ſemper poſt funera viueret præſens. Heros ille in Commentario noſtro non poſtremus, ſed inſtar omnium præfulgeret, niſi nimiùm in noſtra mala ſolicita mors præfinito à nobis termino citiùs illum abſtuliſſet. At non ita erit; ſed qui iam viuus volitat per ora Virûm, inter alios ſui amantiſsimos, & virtutis, ac ſcientiæ admiratores meritiſsimè locum habeat ſuoq; fulgore, aliorum item non malè comitatus ſplendoribus, clarior illuceſcat. Præ manibus ergò omnium habentur.

1 *Sopra l'Impreſa degli Accademici Humoriſti,* Diſcurſum. Romæ apud Iacobum Maſcardum 1611. in 4.

2 *Antiqua Tabulæ marmoreæ Solis effigie, Symbolisq; exculptæ accurata Explicatio.* Acceſsit non abſimilis argumenti,

Expoſitio Sigillorum Zonæ, veterem ſtatuam marmoream cingentis. Romæ apud Bartholomęum Zannettum 1616. in 4. & Lutetiæ Pariſiorū ſumptibus Sebaſtiani Cramoiſy 1617. in 4.

3 *An-*

3 *Antiqua Inſcriptionis, qua L. Scipionis Barbati F. expreſſum eſt Elogium, explanatio*. Pariſijs 1617. in 4. Liber hic licet ex editione Pariſienſi Anonymus prodierit, probatæ tamen fidei, ac eruditionis Viri re vera Aleandri eſſe teſtantur: licet alij Iacobo Sirmundo tribuant.

4 *Refutatio Coniecturæ Anonymi Scriptoris de Suburbicarijs Regionibus, ac Diœceſi Epiſcopi Romani*. Pariſijs ſumptibus Sebaſtiani Cramoiſy 1619. in 4.

5 In obitum Aldinæ Catellæ *Lacrymæ Poëticæ*. Pariſijs apud Nicolaum Buon 1622. in 8.

6 *Nauis Eccleſiam referentis Symbolum, in veteri Gemma annulari inſculptum, explicatione illuſtratum*, ad Cardinalem Franciſcum Barberinum. Romæ apud Corbellettum 1626. in 8.

7 *Carmina varia* cum trium fratrum Amaltheorum Carminibus. Venetijs Typis Andreæ Muſchij 1627. in 8.

8 *Difeſa dell' Adone Poema del Caualier Marini per riſpoſta all' Occhiale del Caualier Stigliani*. Venetijs apud Iacobum Scagliam 1629. in 12.

9 *Difeſa dell' Adone Poema del Caualier Marini per riſpoſta all' Occhiale del Caualier Stigliani*. Pars altera. Venetijs apud eundem 1630. in 12.

10 Iuuenem adhuc, *Caij veteris I. C. Inſtitutionum Fragmenta ex Vniuerſo corpore Iuris collegiſſe, & Commentario illuſtraſſe*, ſunt qui narrant. Mihi nondum videre contigit, & ni me fallit memoria, *VII. Pſalmos Pœnitentiales*, Hetruſcis carminibus Italis dedit. Reliquit,

Commentarium in Legem de Seruitutibus, quo de itinere, vehiculis, geſtatione, & lecticis veterum Romanorum diſputat.

Obſeruationes varias, quibus, obſcuris Auctorum locis explicatis, antiquitatem illuſtrat.

Commentarium ad Vetus Kalendarium Romanum ſub Valēte Imperatore ſcriptum. In quo multa de anno menſibus, diebus Romanis, feſtis diebus, ludis, ædium dedicationibus, & conſecrationibus Cæſarum eruditiſsime obſeruat.

Epiſtolarum Latinarum, Centurias plures.

Poëmata Latina varia.

Anacreonticorum librum integrum reliquit, iuuenilis ingenij luſus

luſus elegantiſsimos, & ſuauiſsimos.

Italicorum Carminum, volumen. Nos etiam munificentiſſimi Principis profuſam in Aleandri manes fortunandos liberalitatem Græco carmine, pro modulo noſtro, delineauimus.

Ἀγεσίλαν ποτὲ θέλγων
Εὐιέπην ἔξελεν Ὀρφεύς,
Αὐτὸς αἶσαν οὐκ ἀλύξας·
Ἀρχὸς Ὅμηρος ἐπίων,
Ἄλλων τῶν φορμικτῶν στόλος
Θεῶν ἀέκητι μόλεν·
Πᾶς τις θανέ. τέκμαρ ἔχειν θνητὸν πρέπῃ.
Νῦν δ' Ἀλεάνδρυ τὶ τόσον τίτυσθαι, φῶς γ'
Δρέψατ' ἀριστέων κορυφάς,
Μελῶν τ' αὐτοῖς ἰσχύσας,
Τόξευσε πάντων πέρσιαν·
Ἄσβεστον εὖχος. ——
Ἦρ' ἐς Ὄλυμπον ὄλβον
Ἴχνος ἄγει· φάτο Μοῖρα,
Καὶ μίτον τάμνε βαρεῖα.
Ἀλλὰ Μέλισσα ποθὲν
Μαζῷ Δίκης τεθραμμένη
Πάμπαν ἄκεντρος ἔλεν
Κηρῶν ἄπο, δέκτο τ' ἀγήροις ὠλέναις
Ἄνδρα. τῇ καὶ συνώπερος αἰὲν ὁμαρτέων
Ἀντοΐδεω μέχρι φάος·
Ἀστράπτε ῥυθμοί, καὶ πόλου
Μνῆσις γ' ἔῃ, Μοιρῶν ὕπερ
Σύμπνοις βιοῦται.

GASPAR SPITILLVS, Societatis Ieſu, edidit Italicè, *Relatione dellaglorioſa morte di XXVI. poſti in Croce per commandamento del Rè di Giappone alli 5. di Febraro.* Romæ apud Aloyſium Zannettum 1599. in 4. Varias item, *Annuas Epiſtolas* vertit.

GASPAR TRISSINVS Congregationis Somaſchenſis edidit, *Acta Sanctorum Sauinæ, Triſſinæ, Naboris, & Felicis Martyrum.* Romæ 1626.

GEORGIVS CONÆVS Scotus Canon. Lateranen. edidit,

1 *Vitam Mariæ Stuartæ Scotorum Reginæ*. Romę 1624. in 12. apud Paulum Gellium. & alibi ſæpiùs.

2 *De duplici ſtatu Religionis apud Scotos*, lib. II. ad Franciſcum Cardinalem Barberinum. Typis Vaticanis 1628. in 4.

3 *Aſſertionum Catholicarum*, lib. III. ad Vrbanum VIII. Romæ apud Hæredem Bartholomæi Zannetti 1626. in 4.

4 *Carmen*, in Nuptijs DD. Thaddæi Barberini, & Annæ Columnæ. Romæ apud Camerales 1629. in 8. De Conæo Dauid Camerarius lib. 2. cap. 3. De Scotorum fortitudine, doctrina, & pietate, ac de ortu, & progreſſu Hæreſis in Regnis Scotiæ, & Angliæ, ſcribit, *Georgius*, Typographorum tamen incuria *Gregorius* irrepſit, *Conæus magni ingenij vir, Scotiæ noſtræ, ac pijſſimæ Mariæ, Eccleſiæ Martyris, Scotiæ, Galliæ, Angliæ, & Hiberniæ quondam Reginæ præclarus illuſtrator*. Et Thomas Dempſterus in Hiſtoria Eccleſiaſtica gentis Scotorũ, inter cętera de Conæi ſtudijs, & ingenio illa refert. *Ne verò ſine fructu, & linea tempus illud laberetur, aliquot viridibus adhuc, & herbeſcentibus annis Opuſcula canæ eruditionis & conſiliorum plena eſt meditatus: inter quæ eminet, Inſtitutio Principis, ex adytis prudentiæ, & pietatis dictata, luculentum, certumq; animi ad rerum magnarum tractationem nati argumentum: & velitatio, ſiuè proluſio aduerſus Scotorum hoſtes, edita Bononiæ, abſente Auctore, titulo Præmetiarum, quam epigraphem adſcripſere amici homines, ſuam ſententiam ſecuti. Cum autem vitæ genus Eccleſiaſticum ſibi propoſuiſſet Conæus, nec aulam ſecularem ei cogitationi idoneum eſſe intelligeret, adulta iam ætate anni MDCXXIII. maximo æſtu, ita volente Deo, Romam venit, ſtatimq; in Illuſtriſsimi Cardinalis Montis-Alti familiam admiſſus ità ſe generoſiſſimo Principi probauit, morum ſuauitate, & compoſitione, vt poſt menſes ſex moriens honeſtiſsimo legato Conæum auxerit: qui Patrono orbatus, in amicitiam Illuſtriſs. D. Franciſci Barberini, Maphæi tũc Cardinalis, nũc Vrbani VIII. Pont. Opt. Max. Fratris F. ſe penetrauit, qui Conæi conſuetudine delectatus, ſtatim admoto Eccleſiæ clauo Patruo, inter primos in familiam ſuam volente Pontifice vocauit, quo ipſo tempore dedit publico, dicauitq; nouo Principi, Hiſtoriam de Sereniſsima Scotorum Regina, & Martyris Mariæ Steuartæ vita:*

qua

qua vt conſpecta, publicataq; fuit, tantoperè doctis, prudentibusq; placuit, vt non defuerint, qui in linguam Italicam verterit vnus, alter vniuerſam narrationem politiſsimis verſibus Hetruſcis includeret clariſsimus vir, & terſiſsimus Poëta Franciſcus Bracciolinus. Maximam iſto ſcripto expectationem apud omnes excitauit maiora olim præſtandi: atque nunc præ manibus habet, De Religionis apud Scotos in hunc vſque diem ſtatu, compendioſam Hiſtoriam, quam reducem ex Gallis, vbi Principi ſuo Illuſtriſsimo Legato Barberino admodùm vtilem operam nauare dicitur, editurum ſperamus. Scripſit ad hæc Panegyricos Poëmata varia, vt eſt ingenio ad proſam, verſumq; orationem fœcundo, & facili.

GERARDVS SARACENVS edidit Italicè Orationes,

1 *In laudem S. Ioannis Baptiſtæ*, cuius brachium quotannis Senis, maximo omnium concurſu, populo oſtenditur. Ibidem apud Bonettum 1613. in 4.

2 *In obitum Caterinæ Medices Mantuæ Duciſſæ, & Senarum Gubernatricis*. Ibidem in 4. Edet aliquando,

Orationum Latinarum, & Hetruſcarum, volumen.

Epigrammatum variorum, volumen.

Il Canzoniero. Eum laudauit Iulius Strozzius in Diſcurſu de Anachroniſmo Amoris natalium, & Fulgentius Gemma in vita dictæ Caterinæ Mantuæ Duciſſæ.

GRATIOSVS VBERTVS Cęſenas I. C. edidit Italicè,

1 *Contraſto Muſico diuiſo in ſette parti*. Romæ apud Ludouicum Grignanum 1630. in 8.

2 *Legales Congreſſus*. Romæ apud eundem 1630. in 4.

GREGORIVS PORTIVS edidit,

1 *Epithalamium*, in Nuptijs DD. Marci Antonij Burgheſij, & Camillæ Vrſinæ. Romæ apud Zannettum 1619. in 8.

2 *Gallicum Alcidem*.

Fatalem Machinam Rupellæ.

Epigrammata pro Rupella debellata. Romæ apud Iacobum Maſcardum 1629. in 4.

3 *Vrbano VIII. Pont. Opt. Max. Panegyrim*. Romæ apud eundem 1632. & deindè auctiorem 1633. in 4.

4 *Effigiem marmoream, ſeù Modulatricem Erato rerum ge-*

ſtarum

ſtarum ab Eminentiſsimo Principe Scipione Cardinali Burgheſio. Romę apud eundem 1633. in 4. Fouet penès ſe,

Farraginem Epiſtolarum, quas Pauli V. & Scipionis Cardinalis Burgheſij nomine ſcripſit.

Carminum, Poëmatum, Elegiarum, & Epigrammatum, tàm Græcè, quàm Latinè.

Orationum volumen, quas diuerſis temporibus coram Summo Pontifice Paulo V. & Vrbano VIII. habuit. Meminit illius Laurus in Orcheſtra, Strozzius, & Victorellus.

H

HENRICVS CHIFFELLIVS Antuerpienſis publicus in Romana Academia Eloquentiæ Profeſſor edidit,

1 *Panegyricum, de Laudibus Pauli V.* Romæ apud Stephanum Paulinum 1613. in 4.

2 *Granateidos*, ſeù, *de Bello Granatenſi, per Ferdinandum Regem Catholicum geſto*, lib. I. Romæ apud Guillielmum Facciottum 1615. in 8. quod opus nunc in lib. V. excreuit.

3 *Epithalamium Friderici de Ruuere Vrbinatium Principis, & Claudiæ Medices.* Romæ Typis Aloyſij Zannetti 1621. in 4.

4 *Lucij Annæi Senecæ Thebaidem, Chori totius, & quinti actus adiectu ſuppletam.* Romæ apud Guillielmum Facciottum 1625. in 8.

5 *Panegyricum de laudibus Ludouici Cardinalis Ludouiſij*, ſoluta oratione. Romæ Typis Vaticanis 1628. in 8. De eo Laurus in Orcheſtra, *Henricus Chiffellius Antuerpienſis cuius ingenio valdè fœnerat, heu! Iuuenem adorta cæcitas, leuat tamen oculatas Muſas Ioannis Baptiſtæ Coccini Veneti, Iuris, & Artium conſultiſsimi, Romanæ Rotæ Decani liberalitas, cui grauiſsimi Poëmatis, de Bello Granatenſi per Regem Ferdinandum geſto primitias debemus, à Chiffellio in guſtum, & in triſti luminum orbitate, ad famæ fulgur, & lucem datas.* Et Victorellus in Recenſione, *Henricum Chiffellium literarum ad humanitatem reformantium in Romana Sapientia Magiſtrum elegans*

gans Latina Oratio non ligata pedibus, & erudita, magnaq; bonorum Carminum condendorum facilitas commendat. Excellenti is viget memoria. Non pauca ſcripſit, Primum librum Epici Poëmatis de Bello Granatenſi, & alia ad publicum ſpectare typis voluit, Thebaidem non integram Senecæ Tragædiam abſoluit.

HERMANNVS BOVINCHIVS Germanus exceptor Peregrinorum Germanorum in Eccleſia S. Mariæ de Anima edidit Italicè,

Modo di dire il Roſario, quem inſcripſit familiaribus Cardinalis Scipionis Burgheſij Societatis Roſarij, & Germaniæ Protectori Romæ 1631. in 8.

HIERONYMVS BARTHOLOMÆVS edidit,

1 *Elegiam in Funere Sittis Maanis Ioëridæ.*

Canzone nella morte della Signora Sitti Maani Gioerida, & alia *Carmina*. Romæ apud Zannettum 1627. in 4.

2 *Ghirlanda di varij fiori in honore del ſeruo di Dio Ippolito Galantini*. Florentiæ 1628.

3 *Canzone in lode del Vener. Angelo Montorſi, Gen. de Serui.*

4 *Canzone*, in Nuptijs DD. Thaddæi Barberini, & Annæ Columnæ. Romæ apud Impreſſores Camerales 1629. in 8.

5 *Epithalamium*, in eaſdem Nuptias. apud eoſdem.

6 Tragædias Sacras. I. *Eugenia*. II. *Iſabella*. III. *Theodora*. IV. *Georgio*. V. *Pelietto*. Prophanas, I. *Altamene*. II. *Creſo*. Romæ apud Corbellettum 1632. in 12. Fouet penès ſe.

Aglaë, Tragędiam ſacram. Dramata ſacra,

I. *Vendetta di Gioſeffo*. II. *Suſanna*. III. *Le Selue*, in honorem S. Andreæ Corſini. IV. *Annunziatione della Madonna*. V. *Offerta della Natura à Chriſto naſcente*. VI. *Sacrificio d'Iſac.* Dramata Prophana,

I. *Riſcatto d'Amore*. II. *Natale di Minerua*. III. *Ratto di Proſerpina*. IV. *L'Orfeo*. V. *Perſeo*. VI. *Trionfo di Maggio per la liberatione della Peſte.*

Dialogos ſacros, & alia *Carmina*, varij generis Italicè.

HIERONYMVS BRIVIVS edidit,

Elegiam, in Nuptijs DD. Thaddæi Barberini, & Annæ Columnæ. Romæ apud Impreſſores Camerales 1629. in 8. & alia Hetruſco Latinoq; ſermone ſparſim.

HIERONYMVS COLVMBVS Peruſinus Theologus edidit,

In Sacram Chriſti Natiuitatem, *Quo nam pacto Planetæ, & Sidera Domino famulentur*, Theologicam Diſquiſitionem. Bononiæ apud Hæredes Io. Buſſi 1619. in 4. Edenda procurat,

De Angelica, & Humana Hierarchia, lib. VIII.

De Regimine Eccleſiæ Dei, lib. II.

In Cantica Canticorũ Metricã expoſitionẽ, ad Vrbanum VIII.

Dauidis Regis Pſalterium Carminibus explicatum.

HIERONYMVS A CORDVBA Vallifoletanus edidit,

De Chriſti Domini in Cœlum aſcenſu, Orationem ad Vrbanum VIII. habitam in Baſilica Vaticana. Romæ apud Iacobum Maſcardum 1624. in 4.

HIERONYMVS FLORAVANTIVS Societatis Ieſu Theologus edidit,

1 *De Sanctiſſima Trinitate*, Tractatum, non vno in loco, nec apud vnum Impreſſorem euulgatum.

2 *In nonnulla loca Sacræ Scripturæ explanationes*, vt mihi relatum eſt. Antuerpiæ Typis Mureti. Compoſuerat item volumen breue, ſed egregium, *Theologiæ moralis*, Sacerdotibus confeſſiones excipientibus vtiliſſimũ. Victorellus in Recẽſione, *Hieronymus Florauantius Summi Pontificis Vrbani VIII. à Confeſſionibus, Latina, Græca, Hebraica, Arabica, Syriaca, & Heruſca lingua peritia excultus, magnus Theologus, & Eccleſiaſtes, opus inſigne à maximo Theologo Franciſco Suarez eximiè laudatum de Trinitate Sanctiſſima confecit, & non ſemel eruditorum hominum oculis ſubiecit. Scholia etiam erudita in omnes Sacrarum literarum libros, egregiamq; Moralis Theologiæ ſummam abſoluit*. Iudicium Franciſci Suarez illud eſt, *Legi libros R. V. de Sanctiſſima Trinitate: & vt dicam ſine adulatione, quod ſentio, nunquàm legi de hac materia Tractatum magis abſolutum, tàm propter eruditionem, quàm propter ſoliditatem Scholaſticam cum clara breuitate coniunctam. R. V. dicit ſe gloriari de me præceptore, & ego de R. V. meo aliquandò diſcipulo, nam Gloria Patris eſt Filius Sapiens*, &c.

HIERONYMVS GHETTVS Romanus ex Generalis Ordinis S. Auguſtini edidit,

1 *Conſtitutiones Ordinis Eremitarum S. Auguſtini cum Annotationibus Bullarum, & Decretorum*. Romæ 1625. in 4. Et Italice,

2 *La Vita della B. Rita da Caſſia*, ſub nomine *Pij Religioſi*. Romæ ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſt. 1629. in 8. Conſcripſit præterea nondum cuſa,

Il Pellegrinaggio d'Abramo, con tutti li accidenti occorſi à quel ſanto Patriarca inſino al fine della ſua vita.

Sopra la vita di Gioſeffo Patriarca partita in tre volumi ſecondo li tre ſtati, di Paſtore, di Schiauo, di Prencipe, con cui và la Vita, Paſſione, e Gloria di Chriſto.

Del Naufragio di Iona, oue ſi contiene ancora la Conuerſione di Niniue.

Sopra li doi Capitoli della Profetia di Abacuc, in cui ſi diſcorrono tutti li ſtati ſotto i quali viſſe la Città di Roma, con gli euenti della Chieſa inſino all'vltimo Sciſma.

Sopra la Profetia di Daniello.

Sopra otto Capitoli dell'Apocaliſſe. Volumi doi.

Vn volume di Prediche, che contiene tutte le Domeniche, e Feſte dell'Anno, e dell'Aduento.

Cetera Dauidica, che contiene l'Eſpoſitione della Salue Regina, *accordata con li Euangelij de i Sabbati di Quareſima.*

Specchio della perfetta Religioſa.

Sopra la Bolla di Gregorio XV. oue ſi diſcorrono i diuerſi modi, che in diuerſi tempi ſ'è tenuto nella elettione de i Sommi Ponteſici Romani.

Ragionamento fatto alla Republica di Raguſa, in cui ſi diſcorrono le virtù, che deuono adornar l'animo d'vna perſona nobile chiamata da Dio nella patria à dominare, la politia d'vna Città Chriſtiana, e l'ottima diſpoſitione delle leggi.

HIERONYMVS LAMPVGNANVS Mediolanenſis I. V. Profeſſor edidit,

Compendiolum Introductionis ad Vniuerſam Iuriſprudentiã, à Didaco Fontano propoſitum, Lęlio Biſciæ Cardinali. Romæ apud Franciſcum Corbellettum 1613. in 16.

HIERONYMVS MAVTINVS Narnienſis Capuccinæ familiæ Vicarius generalis, & Eccleſiaſtes Apoſtolicus edidit Italicè,

Prediche fatte nel Palazzo Apoſtolico. Romæ Typis Vaticanis 1631. in fol.
Legitur in eum Lęlij Guidiccioni Epigramma,

De S. Franciſco, & P. F. Hieronymo Narnienſe eius arctioris Regulæ ſeruantiſsimo, Euangelico Declamatore.

Arſit Franciſcus, Hieronymus ardet. Vtrumq;
Flamma beat. Flammam ſeruat vtrinque cinis.
Illum afflauit amor, rutilis dum Spiritus aſtris,
Deuolat, & quino fulgure membra notat.
Hunc ſacer vſsit amor, rutilo nam ſpiritus igne
Labitur; inque virum flammea lingua cadit.
Fulgurat ille latens, ſed apertè hic fulminat, ille
De Cœlo attonitus, hic facit attonitos.

Tantæ denique felicitati ſupremus cumulus acceſſit. Nam defunctum pro Concione honorauit raro exemplo Nicolaus Riccardus Sacri Palatij Apoſtolici Magiſter.

HIERONYMVS MORICVCCIVS edidit Italicè, *Canzone*, in Nuptijs DD. Thaddæi Barberini, & Annæ Columnæ. Romæ apud Impreſſores Camerales 1629. in 8.

HIERONYMVS ROCCHVS Conſentinus edidit Italicè,

1 *Demetrio*, Tragędiam. Romæ apud Franciſcum Corbellettum 1628. in 12.

2 *Racconto del Funerale della Signora Sitti Maani Gioerida della Valle, celebrato in Roma l'Anno* 1627. Romæ apud Hæredes Bartholomæi Zannetti in 4.

3 *Oratione Funebre*, in laudem Equitis Ioannis Baptiſtæ Marini. Romæ. Scripſit etiam, quæ editioni parat,

D'Orationi, e Diſcorſi fatti in diuerſe occaſioni nell'Academia del Sig. Cardinal di Sauoia, & in quella delli Signori Humoriſti, volumen.

Liſimacho, &

S. Barbara, Tragædias.

HIERONYMVS à S. MARIA Hiſpanus Ordin. Excalceatorum S. Auguſtini in Curia Romana Procurator Generalis, edidit Hiſpanicè,

Exercitia Spiritualia quotidiana V. Salmanticæ apud Didacum Cuſſio 1613. in 16. Editurus eſt, Latinè,

De

De Sandaliis, Calceamentisq; Apoſtolicis, Tractatum.

Indicem Sanctorum, Beatorum, & Virorum Sanctitate illuſtrium Hiſpanorum.

Catalogum Epiſcoporum Sedum Hiſpaniarum, Apparatum ad opus, cui Titulus, Hiſpania Chriſtiana, ſeù, *Diæceſum Hiſpanarum Hiſtoria Sacro-Prophana.*

HIERONYMVS TORTOLETTVS, Bartholomæi frater, Veronenſis, edidit Latino ſermone,

1 *De Sacratiſſima B. M. V. Annunciatione*, Carmen ſub nomine Alexandri Seueri. Veronæ apud Bartholomæum Merlum 1613. in 4. Italicè verò,

2 *Il ſacro Sepolcro, Lettera di Geruſalemme à Roma, in Ottaua Rima*. Romæ apud Ludouicum Grignanum 1623. in 8.

3 *Se l'Italia habbia forze ſufficienti d'abbatter l'armi Turcheſche*, Diſcurſum Academicū. Romæ apud eundem 1628. in 4.

4 *Panegirico Nuttiale*, in Nuptijs DD. Thaddæi Barberini, & Annæ Columnæ. Romæ apud eundem 1627. in 4. & Impreſſores Camerales 1629. in 8. Reliquit inedita,

Oraculum myſticum Pythagoricum è diuerſis numerorum fontibus erutum Ludouici Iuſti Galliarum Regis.

Teatro di ſtratagemmi Militari.

Mondo Politico.

Paragone della Potenza Eccleſiaſtica con la Romana antica, Diſcurſum Academicum.

Paſſaggio di Mosè in verſo ſciolto.

Semiramide, Tragedia.

Oſman, Tragedia.

Mondo Scoperto, Poema Eroico, ſed imperfectum. Iuueni adhuc, & in ipſo ætatis flore, dum de illius indole ſpes non mediocris, ſed certa, inſediſſet Virorum literatorum animis, Parcis inuidentibus gloriam, ſtamen accisum eſt, amicis ingenti ſui deſiderio relicto. Immaturam illius mortem hoc Elegiaco carmine frater Bartholomæus proſecutus eſt;

Tu quoque deſtituis, rediture Hieronyme nunquàm,
Fratrem, & habet cineres Romula terra tuos.
Nunc ego, nunc equidem, fateor, nil tale verebar,
Nec fuit ætati mors metuenda tuæ.

Scilicet amiſſam matrem vix fleuimus ambo,
Vix ſpargi lacrymis abſtinuere genæ,
Cum tu me in fletum reuocas, fonteſq; recludis,
Heù nimis aſſuetos rebus adeſſe meis.
Florens noſtra domus tùm pignora plura fouebat,
Mutandæ ſedis cum mihi primus amor.
Continuò exilio Frater mulctatus acerbo
Dictæi cecidit per monumenta Iouis.
Mox Pater ereptus, patriàmq; illatus in vrnam;
Res afflicta domi tùm ſine Patre fuit.
Subſidium tamèn in nobis, nec inutile, habebat
Natorum terno lumine nixa domus.
At quò me rapitis memorem, crudelia fata?
Alter ad Eridanum cum Phaëtonte iacet.
Ille quidèm prima referens intonſa iuuenta
Ora, videbatur ſpes aluiſſe meas.
Ille mea eductus, tantùm non natus, in vlna
Perfugium feſſo, deliciumq; fuit.
Ambibant Muſæ puerum, iùxtaq; canebant,
Labraq; Cecropio melle madere dabant.
Ocia pròh quali iuuenilia carmine fudit,
Hetruſca feriens dulcia fila lyra.
Quod ſi non rapidæ ſecuiſſent ſtamina Parcæ,
Inter Mæonias viueret ille tubas.
Hinc Auguſtino mihi cura erat omnis in vno;
Mors docet in fatuo nos dare vela freto.
Quas lacrymas dederim, qui me dolor vſſerit ægrum,
Hæc ſi fas eſſet dicere, parua forent.
Tù tamen integri ſubnixus viribus aui,
Et varia ingenij laude ſuperſtes eras.
Tù Veterum populatus opes, Hieronyme, Chartis
Arcana egregijs inuidioſa dabas.
Te Latiam, Thuſcamq; altè coluiſſe Camœnam
Oſtendunt calami ſat monumenta tui.
Scilicet afflictum ſolus tu ſæpè leuabas,
Ibat & in gremium lacryma noſtra tuum.
Et poteram lepidos ex te ſperare nepotes,

Si

Si quando Thalamos exhibuiſſet Hymen:
Nunc quò me vertam? quæ me ſolatia poſſunt
Lenire? hic iaceo quippè opis omnis egens.
Non eſt cui fidam, non eſt, qui lumina claudat,
Vltima cum lethi venerit hora mei.
Optatus patrijs non ludet in ædibus hæres,
Omnem commiſit ſpem domus orba notis.
Vobiſcum egregiè, chariſſima nomina, fratres,
Eſt actum, melius qui tenuiſtis iter.
Vidi ego, ſuprema cum luctaretur in hora
Spiritus, æterna ſigna ſalutis erant.
Credo equidem, proprios ſuſcepit Regia Ciues
Aetheria, & nitido tunditis aſtra pede.
Vita fuit mihi cura olim, viuentibus ipſis;
Nunc ſapio, à vobis cum benè diſco mori.
Non vtinam vano iactaſſem in puluere currum,
Nec mihi mundanum ſic placuiſſet opus;
Nulla terreret miſerum formidine pectus
Hoſtis, inexpletæ qui Stygis ora tenet.
Adieci noxas noxis, & vulnera plagis,
Longùm qui viuit, talia lucra parat.
Flectite vos oro; pendetur fœnore multo
Iactura, ad mortem ſi mihi fertis opem.

Non dabo morti manus, ſi potero. Habeat illa ſibi corpora, quę pereunt, quę quò ceciderint, manent, nec potentis affinitatis iacula ſentiunt; ſat illis eſt, ſi reclinata quieſcant: ſpiritum ego, & partam ſtudio gloriam, hoc meo volumine in conſpectu omnium ponam. Nefas eſſet par fratrum in palęſtra literaria inſudantium conſpici, tertium laboribus, & virtute ſimilem, negligi, quarè & contrà inſtitutum meum, & ſeriem, vnà cum fratribus exeat in lucem, qui luce digna panxit, Auguſtinus Tortolettus. Edidit namque Italicè,

1 *L'otij Giouenili*. Veronę apud Bartholomęum Merlum 1616. in 4. & Venetijs apud Euangeliſtam Deuchinū 1619. in 16.

2 *I Capricci*. Veronę apud eundem 1618. in 16.

3 *Amore Traſformato*. Ferrarię 1618. in 12. Sine nomine Auctoris, & Impreſſoris.

Artaxerxem Poëma Epicum, in Octaua, vt dicunt, Rima conficiebat, quod non perfecit.

HIERONYMVS VECCHIETTVS Florentinus ab Ægypto Theologus, edidit,

De Anno Primitiuo, ab exordio mundi ad annum Iulianum accommodato, & ex Sacrorum temporum ratione, lib. VIII. In quorum I. eſt rerum Fundamentum. II. Hiſtoriarum Exoticarum. III. Scripturę Veteris. IV. Gratię Euangelicę. V. Rerum conſequentium. VI. Vltimarum ſucceſſionum. VII. Significationum nouiſſimarum. VIII. Tabulę maiores. Auguſtę Vindelicorum in folio magno. Liber eſt Apoſtolica auctoritate proſcriptus, & eius de cœna Domini ſententiam ſingulari libello de ea re edito Antonius Cappellus Franciſcanus Conuentualis refellere conatus eſt. Illius de toto Opere acre ſanè legitur iudicium cap. 1. *Cum enim libri illi tria genera complectantur, Theologica, Aſtronomica, Chronologica: in Theologicis nihil fermè reperies, quod non inſigni aliqua labe aſperſum ſit: Aſtronomica ſæpè videas errare toto cœlo: in Chronologicis peccata innumera, nihil ſingulare.*

HILARIVS CAVVS Genuenſis Clericus Regul. edidit Italicè Orationes.

1 *In lode del B. Filippo Neri Fondatore dell'Oratorio*, habitam Veronę in Oratorio S. Cęcilię. Ibidem apud Angelum Tamum 1617. in 4.

2 *In lode della Dottrina di S. Tomaſo d'Aquino*, habitam Patauij in Templo Dominicanorum. Venetijs apud Georgium Valentinum in 4.

3 *Dell'Vnione della Sereniſsima Republica di Genoua*, in Æde ſacra maiori Ianuenſi. Ibidem apud Ioſephum Pauonium 1619. in 4.

4 *Funerale della Cattolica Maeſtà di Filippo III. Rè di Spagna*, dictam in Eccleſia Archiepiſcopali Panormitana. Ibidem apud Typographos Camerales 1621. in 4. *Omnia*, addit Boluitus, *ſtylo quidem concinno, ſed à quo omnis fucus abeſt, in quo ridet vbique gratia locutionis.*

HORATIVS GRASSVS Societatis Ieſu ſub nomine Lotarij Sarſi edidit,

1 *Libram Aſtronomicam, ac Philoſophicam*, qua Galilęi Galilęi opiniones de Cometis à Mario Guiduccio in Florentina Academia expoſitę, & in lucem editę examinantur. Peruſię apud Marcum Nauarinum 1619. in 4.

2 Sub eodem nomine, *Rationem ponderũ Libræ, & Simbellæ*, in qua quid è Lotarij Sarſi Libra Aſtronomica, quidque Galilęi Galilęi ſimbellatore de Cometis ſtatuendũ ſit, collatis vtriuſque rationum momentis Philoſophorum arbitrio proponitur. Neapoli apud Matthęum Nuccium 1627. in 4.

HORATIVS LVMBISANVS Calaber è Coriolano Extraordinarius publicè Medicæ facultatis Neapoli Profeſſor edidit,

1 *Conciliationes, & Deciſiones Medicas ſuper finitiones Actionis deprauatæ diminutæ morbi, & Symptomatum excretorum, & retentorum Antonij Sanctorelli, in quibus carpitur à Franciſco Roſſelio. Necnon Deciſio illius caſus, Enixis à ſeptimo die competere medicamen expurgans, ſi tamen febris, cæteriq; affectus aderunt, ſin minus.* Neapoli apud Ægidium Longum 1629. in 4.

2. I. *De Febribus*, lib. III. II. *De Peſte*, lib. IV. III. *De Terræmotu, prout peſtis cauſa eſt*, Diſputationem. Neapoli ex Typographio Matthæi Nuccij 1629. in 4. Idem in Epiſtola dedicatoria ait ſe primò edidiſſe, *De Febribus, Peſte, Terræmotu, Potu frigido; & Manna ad Romanos*, quæ duo vltima nondum vidi.

I

IACOBVS ACCARISIVS Bononienſis Doctor Theologus edidit Orationes, Latinè,

1 *In funere Annibalis Mareſcotti*, habitam Bononiæ in Templo Monialium S. Claræ. Ibidem ex Typographia Victorij Benatij 1627. in 4.

2 *In funere Caroli Arciducis Auſtriæ Ferdinandi Cæſaris fratris*, habitam Mantuæ in æde S. Barbaræ. Ibidem, & Bononiæ Typis Nicolai Tebaldini 1626. in 4.

3 *In funere Anniuerſario Gregorij XV.* habitam Romæ in Templo S. Ioannis Euangeliſtæ, dum ſodalitas Bononienſium iuſta faceret XVI. Kal. Auguſti MDCXXIX. Romæ ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ in 4.

4 *De Ioanne Euangeliſta*, habitam Romæ in Sacello Pontificio. Romæ ex Typographia Franciſci Corbelletti 1629. in 4.

5 *De eodem Ioanne Euangeliſta*, alteram, habitam in eodem Sacello, anno MDCXXVIII. Romæ ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ 1629. in 4.

6 *De Deo Trino, & Vno*, habitam in eodem Sacello. Romæ apud Franciſcum Corbellettum 1631. in 4.

7 *De Academia ſapientiſſimè fundata Mantuæ anno 1627. à Sereniſſimo Ferdinando Mantuæ, & Montis-Ferrati Duce.* Mantuæ apud Ludouicum Oſannam 1628. in 4.

8 *In reſtauratione ſtudiorum*, habitam in publico Bononiæ Gymnaſio anno 1628. Ibidem apud Benatium in 4. Et Italicè,

9 *Della Paſſione di Chriſto*, habitam in Romana Academia. Romæ apud Maſcardum 1633. in 4. Conſcripſit item alias Orationes non editas, quod ſciam, partim Latinas, partim Italicas, in quibus non infimæ ſunt,

De laudibus S. Andreæ Corſini.

De laudibus S. Gregorij Pontificis.

De laudibus Eleonoræ Gonzagæ Auguſtæ Ferdinandi Cæſaris Coniugis, & Ferdinandi Mantuæ Ducis Sororis.

De Natalibus Virgilij. Item,

De conſcribenda Tragœdia, Præcepta Mantuæ tradita, cum ibidem Accariſius per quadriennium Rhetoricam publicè profiteretur. necnon Romæ,

Hiſtoriam rerum geſtarum à S. Congregatione de Fide Propaganda per vniuerſum Orbem Chriſtianũ duobus An. MDCXXX. & MDCXXXI. Et nomine Eminentiſſimorum Cardinalium Capponij, & Bentiuoli ad varios Germaniæ Principes,

Epiſtolarum Latinarum, volumen. Ingenti denique labore, nec minori induſtria Cardinalis Bentiuoli Hiſtoriam,

De Bellis Belgicis, abſolutiſſimam e lingua Italica in Latinam vertit. opus Italicarum Venerum ieiunis, & delitiarum inſuetis, atque inexpertis deſideratiſſimum.

IA-

IACOBVS BIDERMANNVS, Societatis Ieſu, edidit,

1 *Epigrammatum*, lib. III. Dilingæ 1620. in 12.

2 *Herodiados*, lib. III. Ibid. per Vdalricum Rem. 1622. in 12.

3 *Agoniſticon*, lib. III. pro Miraculis, quæ buccinator Alpinus, eiuſquè tribules impiè, imperitèque criminantur. Ibidem, formis Academicis apud Iacobum Sermodi 1626. in 16. Plura etiam editurus eſt ſtricta, ſolutaq; oratione, ſoluta,

Deliciarum Sacrarum, lib. III.

Acroamatum Academicorum, lib. III.

Acroamatum Miſcellaneorum, lib. III.

Rota Magnæ Fortunæ, lib. III.

Bernardini, *ſiuè*, *Satyricum*, lib. III. Stricta,

Heroidum Epiſtolas, lib. III.

Siluulæ Hendecaſyllaborum, lib. III. *Euſtachidos*, lib. III.

Comico-Tragædias XX. quarum primæ decem erunt. I. *Ignatius mutatus*. II. *Macarius Romanus*. III. *Beliſarius*. IV. *Philemon*. V. *Calybita*. VI. *Ioſephus*. VII. *Ioſaphatus*. VIII. *Cenodoxus*, *ſiuè*, *Doctor Pariſienſis*. IX. *Coſmarchia*. X. *Iacobus vſurarius*.

IACOBVS FVLIGATVS, Societatis Ieſu, edidit Italicè,

1 *Vitam Roberti Cardinalis Bellarminij*. Romæ apud Hæredes Bartholomæi Zannetti 1624. in 4. & Mediolani in 8. In linguam Latinàm verſa eſt à Silueſtro Petra-ſancta, & in linguam Gallicam ab alio. nunc audio in linguam Hiſpanicã verti.

2 *Vitam S. Eliſabethæ Reginæ Portugalliæ*. Romę apud eundem 1625. in 8. & nunc recuditur Mediolani, vt mihi refertur.

3 *Confeſſionum D. Auguſtini*, lib. X. ex Latinis Italicos fecit, Romæ apud Guillelmum Facciottum 1627. in 12.

IACOBVS GAFFARELLVS, Gallus ex prouincia Prouinciæ, Theologiæ, & Iuris Canonici Doctor, Romam bis venit annis MDCXXVI. & MDCXXXII. edidit plura tùm Philoſophica, tùm Theologica Latinè, & Gallicè,

1 *Abdita diuinæ Cabalæ myſteria contrà Sophiſtarum Logomachiã defenſa*. Pariſijs apud Hieronymũ Blageart 1623. in 4.

2 *Dies Domini*, ſiuè, *de fine Mundi à Rabbi Elcha Ben Dauid conſcriptum*, *& ex Hebræo in Latinum ab eodem Gaffarello conuerſum*, *Notis additis*. Pariſijs apud eundem 1630. in 8.

3 *Lacrymæ Sacræ in obitũ ſummi Philoſophi Iani Cæcilij Frey*

Re

Reginæ Matris, & Pariſienſis Medici. Pariſijs 1631. in 4.

4 *Les triſtes penſees de la fille de Sion ſeur les Riues d'Euphrate, ou Paraphraſe du Pſeaume*, ſuper Flumina Babylonis. Pariſijs 1624. in 12. & alibi alio titulo.

5 *Curioſitez Inouyes ſur la Sculpture Taliſmanique des Perſans Horoſcope des Patriarches, & Lecteure des eſtoilles. chez Heruè du Meſnil*. Pariſijs 1630. in 8. Curioſus hic liber intrà ſex menſes ter fuit editus, bis Pariſijs, & ſemèl alia Galliarum in Vrbe innominata. Suſpicio eſt, nec fallit coniectura, Rhotomagenſes Bibliopolas, ſpe lucri, ſemèl, atque iterùm nō ſine magna tùm ſenſus, cùm ſtyli corruptione, edidiſſe. Libri verò, quos penès ſe abſolutos habet Auctor, propediem edendi, ſunt.

Cribrum Cabbaliſticum, ſiuè, *de Cabbala Iudicium*.

Ars noua, & perquàm facilis legendi Rabinos ſine punctis.

De Muſica Hebræorum ſtupenda, libellus.

In voces derelictas Veteris Teſtamenti, Centuria II.

Noua cum Scaligero de Septuaginta Interpretibus Exercitatiuncula.

De Stellis cadentibus, opinio noua.

Quæſtio Hebraico-Philoſophica, Vtrum à principio Mare ſalſum extiterit.

Charybdis Hebraico-Turcica, ſiuè, *Articulorum de Prædeſtinatione Orientalium, breuis refutatio*.

Metēpſychoſis, ſiuè, *de Animorū trāſmigratione, docta diſſertatio, à Rabbi Samuël Bar Abraham, Interprete eodem Gaffarello*.

Bibliographia Iatrico-Hebraica.

Concluſiones Dæmoniacæ ad mentem Hebræorum.

Marialis Gemitus.

Catena Hebraica in omnes Veteris Teſtamenti libros.

Seleinomantia, hoc eſt, Diuinatio per Lunam, ad mentem Hebræorum.

Summa Zoharitica, ſiuè, *rerum omnium, in famoſo illo Rabbinico, vulgò Zohar appellitato volumine, contentarum, Index diù deſideratus*.

Aduertiſſement aux Doctes, touchant la neceſſité des Langues Orientales.

Moyen d'accorder le differens de la Religion, par les liures des Chri-

Chriſtiens Orientaux, & des Philoſophes payens.

Iugement de tout ce que les Iuifs, & Arabes ont eſcrit de curieux depuis mill'ans en ça.

Paradoxes curieux.

Curioſitez vulgaires.

Iugement de tous les liures Italiens plus eſtimès en matiere de Politicque.

Aduis aux Prouenceaux, pour rendre la Durance nauigable, & le terroir par oú elle paſſe fertille.

Traictè de la Langue Prouençalle, par le quel eſt monſtrè quelle eſt la plus anciene de France, & que les plus ſçauants Poëſes Italiens ont desrobbè leurs inuentions des Prouençaux.
De Iacobo Gaffarello Naudęus in Bibliographia Politica, cui etiam opus inſcripſit, *Quandoquidem ipſa* Politica ſtudia *tibi in præſentiarum maximoperè eſſe neceſſaria, vel te ipſo tacente, cæteri omnes facilè intelligunt, quos minimè fugit, te vnum præ multis, non vt liberalibus modò diſciplinis excultum, imbutumq; ſanctioris linguæ facultate præclariſsima, ſed tanquam ad reliquas omnes diſciplinas factum à natura, & diligenti arte expolitum ab Illuſtriſsimo, ſapientiſsimoq; viro de Thuillerio Chriſtianiſsimi noſtri Regis ad Sereniſsimam Rempublicam Venetam Oratore excellentiſsimo ſelectum fuiſſe; quo cum de rebus grauiſsimis communicare, & ſubciſiuis horis ſermones literarios miſcere poſſet.* Et, *Quod equidem vtrum à Galatino factum fuerit, & an iſta, aut alia ratione, tuum eſt omninò ſtatuere, Eruditiſsimè Gaffarelle, qui linguæ Sanctæ difficultates omnes gallatorio paſſu ſuperaſti, & plures, ac meliores in ea libros euoluiſti, quam quiuis alius eorum, qui nunc ſunt, non dicam tantùm ætate tibi ſimiles, ſed etiam profeſsione.*

IACOBI LAMPVGNANI Romæ Primarij Practicæ Profeſſoris, *Epiſtolam de Chalcantho*, publicauit Petrus Caſtellus Decad. 1. Epiſt. 9. Eius Manuſcripti apud diſcipulos reperiuntur,

De Febribus.

De Humoribus.

De Criſibus.

De Purgatione.

IACOBVS MERCATVS Monachus Silueſtrinus Biblio-

bliothecæ S. Stephani de Cacco Præſes edidit,

1 *Vitam B. Bonfilij Epiſcopi Fulginatis*, Senatui, & Populo Auximano inſcriptam.

2 *Vitam S. Ioannis à Baculo S. Silueſtri Diſcipuli*, ad Ferdinandum Cardinalem Tabernam, & de eodem *Literas* ad Monachos Eremi Montis-Fani. Camerini apud Franciſcum Ioioſum 1613. in 8. Epiſt. 10. Concinnauit etiam,

Sacram Hebraica lingua Phraſeologiam in Cantica Canticorum, ſed non editam. Eum ſic compellat Antonius Bonciarius lib. 8. Epiſt. 10. *Epiſtola tua, ſi quaris, Mercate optime, quà elegans, quà erudita, mihi videtur. apta verbis, concinna numeris, referta ſententijs, ſiuè Gracis ſiuè Latinis. Hoc mirabilior, quod à Theologo, quod à Monacho, quod ab homine grauioribus tàm ſtudijs, quàm negotijs occupato.*

IACOBVS MILETVS Hibernus Pontanus Ordinis Minorum de Obſeruantia ſcripſit Italicè,

1 *De Arte Muſica*. Neapoli in 8.

2 *Della Corona, ouero Settenario della Beatiſsima Vergine Maria dalla ſteſſa Vergine reuelata*. Neapoli apud Octauium Beltranum 1631. in 8.

3 *Typum Conceptionis Beata Maria Virginis*, impreſſum Neapoli in folio magno expanſo.

IACOBVS PINTVS Saſſerenſis è Societate Ieſu edidit,

De Chriſto Crucifixo.

IACOBVS ROSINVS Paduanus edidit Italicè,

Dell'Indulgenze conceſſe da Santi, e Sommi Pontefici allì ſette Altari di S. Pietro, Tractatum. 1631. in 8.

IACOBVS TOLOMÆVS Piſtorienſis edidit,

De Spiritus ſancti aduentu, Orationem habitam coram Vrbano VIII. in Sacello Quirinali. Romæ 1630. in 4.

IACOBVS VOLPONVS Adrienſis Oratorij Romani Presbyter edidit, non indicato nomine,

Collationes in Martyrologio Romano cũ Annalibus Baronianis. Eum *Eccleſiaſtem grauiſsimum* vocauit Laurus in Orcheſtra.

IGNATIVS BRACCIVS Præpoſitus Recanatenſis, & Protonotarius Apoſtolicus edidit Italicè,

1 *La Etimologia de' nomi Papa, & Põtifex*, ad Vrbanum VIII.

Romæ

Romæ apud Franciſcum Corbellettum 1630. in 12.

2 *La occulta corriſpondenza trà l'Arme, & il Cognome de' Barberini*. Romæ apud Facciottum 1623. in 4.

IGNATIVS CIANTES Romanus Ordinis Prædicatorum edidit,

1 *Laudationem S. Thomæ Aquinatis Eccleſiæ Doctoris.* Romę apud Iacobum Maſcardum 1615. in 4.

2 *In Dominica prima Quadrageſimæ*, Orationem habitam ad Gregorium XV. in Sacello Pontificio. Romæ in 4.

3 *In Dominica prima Quadrageſimæ*, Orationes III. habitas ad Vrbanum VIII. in Sacello Pontificio. Romæ apud Hæredem Bartholomæi Zannetti 1627. in 4.

IOANNES ALOYSIVS CERCHIARVS Vincẽtinus Clericus Regularis Congregationis Somaſchæ, in Clementino Collegio eloquentiæ Profeſſor edidit,

1 *Epicedium in parentalibus Principis Michaëlis Peretti*. Romæ apud Paulum Maſottum 1631. in 4.

2 *Triumphum Pietatis, de S. Iuone pauperum Aduocato*, Panegyricum. Romæ apud Ludouicum Grignanum 1629. in 4.

3 *In obitu Henrici Antonij Burgi Religionis B. M. Seruorum Generalis, Epitaphium*. Romæ apud Zannettum 1630. in 4. Breui editurus eſt,

Volumen *Orationum*.

IOANNES ALOYSIVS RIVIVS Patritius, & I. C. Neapolitanus edidit,

1 *Collectanea Deciſionum*, in VI. Part. Venetijs apud Georgium Valentinum 1621. in fol.

2 *Praxim rerum quotidianarum Eccleſiaſtici Fori, & Variarum Reſolutionum*, tribus voluminibus opus diſtinctum. Venetijs apud Iunctas 1623. in fol.

3 *Eiuſdem Praxeos*, Part. IV. Typis Vincentij de Franco 1631. in fol.

IOANNES ALOYSIVS VALESIVS edidit Italicè,

La Pittura Epitalamio, in Nuptijs Principum Ludouiſij, & Venoſæ. Romæ apud Impreſſores Camerales 1622. in 4.

IOANNES ANDREAS ROVETTVS edidit Italicè,

Mormorio d'Elicona, Poeſie. I. *Vaghezze Amoroſe*. II. *Diporti Paſto-*

Paſtorali. III. *Soggetti Eroici*. IV. *Materie Miſte*. V. *Echo Supplicante*. VI. *Pompe Nuzziali*. VII. *Teneri Affetti*. VIII. *Duelli Feſtiui*. Romæ apud Ludouicum Grignanum 1625. in 12.

IOANNES ANTONIVS MANGILIVS Piſaurenſis edidit,

1 *De Imputationibus, & Detractionibus in legitima*. Venetijs apud Florauantem Pratum 1618. in fol.

2 *De Euictionibus*, ad Vrbanum VIII. Venetijs apud Iunctas 1630. in fol. Mox editurus eſt,

De Subaſtationibus, & Licitationibus, Tractatum. Et cum Repertorium in Baldi Conſilia nullius eſſe commodi iudicaſſet, *Summaria* ipſe, & eorum *Repertorium* non modico ſtudentibus æmolumento confecit. Fouet penès ſe Tractatum,

In quibus cauſis ſpiritualibus Iudex Laicus procedere poſsit. Laudatur paſsim à Gratiano, Marta, Rota Romana, Thomaſio Lucenſe, & alijs.

IOANNES ANTONIVS MASSOBRIVS Archipresbyter Alexandrinus edidit,

1 *Praxim habendi concurſum ad vacantes Parochiales Eccleſias ad ſtylum Romanæ Curiæ accommodatam*. Romæ Typis Iacobi Maſcardi 1629. in 4.

2 *De Synodo Diœceſana, ſeù Epiſcopali*. Romæ apud eundem 1627. in 4.

IOANNES ARNOS Gallus Societatis Ieſu edidit,

Controuerſias contrà Hæreticos noſtri temporis.

IOANNES ARGOLVS Andreæ F. edidit Italicè;

1 *L'Endimione Poema*, Cant. XII. ad Principem Philippum Columnam, Interamnæ 1626. in 4.

2 *Della Bambace, e Seta, Idillio, Trasformationi Paſtorali*, ad Mauritium Cardinalem de Sabaudia. Romæ 1624. in 12. Latinè verò,

3 *Epithalamium*, in Nuptijs DD. Thaddęi Barberini, & Annę Columnę. Romæ apud Impreſſores Camerales 1629. in 8. Endymionem Poëma non plus annos ſeptemdecim natus, ſeptem menſium ſpatio confecit, vulgauitq; Cum enim Marinus Adonidis ſui fama omnium tunc primùm animos occupaſſe videretur, iuuenis ſtimulo gloriæ percitùs, & ſe ſupra ſe efferens, vt animum haberet liberum, ſuiq; iuris, corpus per illud ſpatium volun-

voluntario carcere mancipauit; amicorumq; ac aliorum colloquia, vt cum Muſis confabulari poſſet, ſibi ipſi interdixit, cibi, potusq; tantùm corporis ſuſtentandi cauſa,memor. Sic entheatum illud pectus conceptum in ſe fœtum, & ſeptimeſtri curſu abſolutum Reipublicæ Literariæ commodo, ἑπταμηνιαῖον ἀπόκυησεν. Res illis, qui Iuuenis ingenium norant, non mira, at his, qui ex ſe omnia metiuntur, planè incredibilis. Cum oculatorum teſtium approbatione confirmaretur, in illa verſi ſunt; Illius ætatis non eſſe tantas facultates, adoleſcentem magnos in ſe virtutis ſpiritus occludere, ad magna ſurgere, illis tamen futura,non præſentia nobis promitti. Audaciores etiam nonnulli illa addere, e chartulis illa paternis ſurrepta, & parentis in eo Poëmate ingenium, & vires robuſtas ad compingendas allegorias rappreſentari. Præcocem licet ſapientiam non eo prouehi poſſe. Hiſce facilè occurrimus.Patrem doctum ſanè virum, & Mathematicis ſcientijs nimium, ſemper à Muſis, & humanioribus literis fuiſſe auerſum, quas ſuis lucubrationibus pediſſequas, non comites eſſe voluit. Studia nunquam ille inutilia tentauit. Adoleſcentem præterea poſt Endymionem alijs ingenij ſui fœtibus apertiſsimè ſeſe Endymionis eſſe parentem demonſtraſſe. Et quandò hiſce hominibus adoleſcentum in literas amor, & ſtudium adeò inuiſum eſt, vt iſto ſolo nomine à laude adoleſcentiam excludant, velim, mihi dicerent, An de alijs etiam, vel de iſto tantùm hæreant. De iſto ſolo dicere, inſcitia eſt, & morologorum deliria: de omnibus furor. Cum luce clarior ſit certis tempeſtatibus iuuenes ingenij viribus adeò inualuiſſe, vt ſenibus ipſis, eorum etiam calculo, prælati fuerint.Impium equidem eſt,& ab omni humanitate alienum, quod anteactæ ætati concedimus, noſtræ denegare, exiſtimareque naturam ſemper prioris æui fœcunditate vberem, quaſi ſenectute defatigatam, & effetam nequire priſtina benignitate multiplices etiam procreare fœtus,& præcipuè Romæ. An non Ioannes Picus anno ætatis XXIV. Concluſiones nongentas in omni ſcientiarum genere, ex Græcorum, Latinorum, Hebręorum, Chaldęorum, Arabumq; arcanis decerptas, Romæ diſputẽdas propoſuit? Iacobus Mazzonius de omnibus ſciẽtijs Theoremata, quæſtionibus quinque millibus centum, & nonaginta

K ſeptem

ſeptem diſtincta Bononiæ anno ætatis XXII. Paulus Scalichius eodem ætatis anno mille quingentas quadraginta tres propoſitiones in omnibus ſcientijs apud eandem Vrbem ? Quirinus, vt lib. de Virgilij Culice,& Terentij fabulis refert Petrus Bembus, magno hominũ concurſu, magna admiratione Ciuitatis Romę quatuor millibus, & quingentis illis à ſe in Philoſophia propoſitis ſententijs, omnium omnis diſciplinæ Philoſophorum impetus penè puer ſumma cum gloria ſuſtinuit ? Nicolaus Heliotus,vt tradit Gabriel Naudęus in Panegyri de antiquit.& dignit. Scholæ Medicæ Pariſienſis pag. 3. viginti circiter annos natus in Aula Nauarręa diſputans anno MCCCXLIII. Philoſophus,Medicus, Iuris Vtriuſque prudens, Theologus, linguarum peritus, artium omnium, tùm Liberalium, tùm Mechanicorum ſciens, cum ſumma Academiæ Pariſienſis admiratione compertus eſt ? An non Iacobus Critonius Scotus antè vigeſimum primum ętatis annum, vt habet Manutius in Epiſtola Dedicatoria Paradoxorum Ciceronis, decem linguarum, multorum idiomatum, omnium diſciplinarum cognitionem adeptus eſt ? An non mirum eſt,quod de Auicenna Sorſanus eius diſcipulus in eius vita ſcribit, eum ſcilicet puerum admodum anno ætatis X. tàm luculentum ingenij ſpecimẽ præceptoribus dediſſe, vt miraculo eſſet, quippè Alcoranum, qui liber Mahomethi leges continet, memoria tenebat:& reliquas alias diſciplinas per ſe nullo vſum Magiſtro, ſed aſsiduo labore, & perpetuis vigilijs, & ſumma animi contentione, antè ætatis annum VIII. & IX. didicerat ? Legimus Auguſtinum anno XII. natum, & Theoricos, & Logicos Ariſtotelis libros optimè intellexiſſe, multorum errores monumentis præclare ſcriptis confutaſſe. Præclara ſunt, & ſuprà omnem expectationem, quæ de Origene adhùc puero narrat Euſebius lib. 6. Hiſtor. Eccleſ. cap. 2. Demoſthenes annum agens XXV. Rempublicam capeſcere, Concioneſq; habere cœpit. Nerua quoque I. C. Neruæ F. vt habet Vlpianus, de iure magna cum laude anno XVIII. reſpondit. XIX. ætatis anno L. Craſſus C. Carbonem, vno & viceſimo Cæſar Dolabellam, altero & viceſimo Aſinius Pollio C. Catonem, non multò ætate antecedens Caluus Vatinium, ijs orationibus inſecuti ſunt, quas hodiè cum admiratione legimus, ait Meſſala

apud

apud Quintilianum de Orator. Dialogo. Valens Acidalius, & Ianus Guillelmus editis libris celeberrimi ſunt, hic tamen annorum XXVI. ille XXVII. diem obijt. Hugo Grotius anno ætatis XV. Martiani Capellæ opus *Notis* ſuis terſum, & ab innumeris mendis emaculatum in lucem emiſit. Et Ioſephus Scaliger minor annorum XVII. vt ipſe in vita Iulij Cęſaris ſcribit, Tragędiam Oedipum confecit, in quam, quantum ætas illa patiebatur, omnia Poëtica ornamenta, & verborum delectum impenderat, adeò vt eius ſenem Ioſephum non pœniteret. Sic etiam Barclaius admodum iuuenis Euformionem ſuum produxit, Nicolaus Rigaltius anno ætatis XVII. funus Paraſiticum, & Salmaſius XX. verſionem Stephani de Vrbibus, & *Notas* ad eum eruditiſsimas editioni paratas habuit. *Nam etſi*, vt ratiocinatur Sebaſtianus Foxius de Iuuentute, *par ſeni, atque iuueni peritia rerum inſit, maius eſt tamen in hoc, quam in illo ingenij acumen, quod auget prudentiam, quia ſenex vt eſt effeta iam ætate, item ingenio quoque imbecilli. At ardens eſt iuuentus, & leui quoque appetitus impetu rapitur.* Non ſolùm ergò alio tempore, ſed etiam hoc noſtro, magna iuuenum ingenia inclareſcunt, & ſcriptis editis ſenectuti ipſi, & virili prudentiæ admirationem extorquent, inter quę non minimum locum hac ętate ſibi occupauit Ioannes Argolus, ingenio quidem ſubtili, feraci, fœcundo, vt eius Endymion oſtendit, ſubtiliori, feraciori, atque fœcundiori, operibus poſthàc edendis futuro. Quare vel iuuenem admirentur maleuoli, vel ſi id facere nequeunt, inuidia rumpantur, & taceant.

IOANNES BAPTISTA CASTALDVS Neapolitanus Clericus Regularis, *laboribus*, vt ſcribit Boluitus, *pro B. Caietani Canoniſmo, vniuerſa Religionis laudem, & amorem promeritus*, vulgauit,

1 *In laudem B. Ludouici Beltrami*, Orationem habitam in Templo Dominicanorũ Florẽtiæ. Ibidem apud Iunctas 1611. in 4.

2 *B. Andreæ Auellini Clerici Regularis vitã*. Neapoli in 4.

3 *In laudem B. Caietani, Concionem*. Mediolani apud Impreſſores Archiepiſcopales 1622. in 4.

4 *Elogia ad Iconas aneas Sanctorum Clericorum Regularium.* Neapoli in 4.

5 *Vitam B. Caietani Thienæi*, Iconibus ęneis, & Elogijs expreſſam. Veronę 1619. in 4. Italicè verò,

6 *Vite di cinque glorioſi di Chriſto, e celebri Padri della ſacra Religione di Chierici Regolari*. Romę apud Iacobum Maſcardum, & Mutinæ apud Iulianum Caſsianum 1615. in 4.

7 *Vite di tre Confeſſori di Chriſto della Religione di Chierici Regolari, B. Gaetano Thienæo, B. Gio. Marinoni, B. Andrea Auellino*. Vincentiæ apud Franciſcum Groſſum 1627. in 8.

8 *Vitam B. Caietani Fundatoris Clericorum Regularium*. Neapoli in 4.

9 *Vitam B. Ioannis Marinerij Clerici Regularis*. in 4.

10 *Vitam Pauli Papæ IV. ac memoriale quinquaginta Patrum Clericorum Regularium*. Romæ apud Maſcardum 1615.

11 *Epiſtolam* eius *Apologeticam de Congreſſu S. Ignatij Loyolæ cum B. Caietano Thienæo*, Latinè conſcriptam edidit Comes Marcus Thienæus Beati Gentilis. Vincentiæ 1618. in 4. *Ex Clericorum Regularium Sodalitio*, ait Laurus in Orcheſtra, *ne prætereris Antonium Caracciolum, cuius calamo Pauli IV. Hiſtoriam, aliaq; eruditiſsima monumenta debemus: & Ioannem Baptiſtam Caſtaldum, qui quorundam Illuſtriſsimorum Virorum Iconas pulcherrimis Elogijs ita illuſtrauit, vt ille Eccleſiæ naſcentis exordium, atque incrementa, & Heroes militiæ claros Iulius Roſcius Hortinus*, &c.

IOANNES BAPTISTA CECCOTTVS Societatis Ieſu edidit,

Apparatum ad Meditationes Vitæ Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & Meditationes Deuotorum renouatione. Romæ apud Franciſcum Corbellettum 1631. in 8.

IOANNES BAPTISTA COCCINVS Venetus Rotæ Romanæ Decanus, & Sacræ Pœnitentiariæ Regens edidit,

Deciſiones. Lugduni, ſumptibus Laurentij Durantij 1623. in 4. & Venetijs apud Hæredem Damiani Zenani 1624. in folio. Scripſit præterea,

De Electione Romani Pontificis.

De Pœnitentiaria Maiori, & alia. plura etiam meditatur. De eo Victorellus in Recenſione, *Ioannem Baptiſtam Coccinum Romanæ Rotæ Decanum, ac Maioris Pœnitentiariæ Moderatorem, mora-*

moralem Theologiam, aliaſq; doctrinas excellenti complexum ingenio, & Iuris vniuerſi penetralia ingreſſum, integrum vitæ iudicem, pietatis, ac iuſtitiæ cultorem in ſacro Pœnitentiaria tribunali labore aſſiduo ſaluti animarum conſulentem in Vrbe, & in Italia, quis ignorat?

IOANNES BAPTISTA DONIVS Florentinus edidit,

1 *Epinicium Ludouico Francorum Regi ob receptam Rupellam, repulſamq; Anglorum claſſem.*

2 *Præfationem, in Academia Humoriſtarum habitam antè recitationem Odæ XVI. Kal. Ianuarij.*

3 *Carmina quædam ad diuerſos*. Romæ apud Impreſſores Camerales 1628. in 8. & 1629. in 4.

4 *Coronam Myrteam*, in Nuptijs DD. Thaddæi Barberini, & Annæ Columnæ. Romæ apud eoſdem 1629. in 8.

Abſoluit Tractatum,

De ſalubritate aëris Romani, & *Pandectas*, meditaturq; opus ingens, & laborioſum,

Notitiam Epiſcopatuum Chriſtiani Orbis.

Varias multaſq; *Inſcriptiones*, variarum Linguarum à Grutero, & alijs prætermiſſas ingenti volumine in vnum veluti corpus redegit. Elegantiſsima eſt humaniſſimi, & doctiſſimi Renati Moræi ad eundem Epiſtola, qua veluti ſplendidiſſima gemma hos meos exornabo labores. *Malo ſeriùs, vir clariſſime, in reddenda gratia peccare, quàm penitùs haberi ingratus beneficij à te mihi collati. ex quo enim cultiſsimum ingenij tui fœtum, qui amicitiæ pignus fuit, ſupremo anno accepi, nec à me par oſtimentum, nec vllam gratiarum actionem recepiſti. Iure tuo potuiſti accuſare inhumanitatē meā, & me ἀγροικίας poſtulare, qui prouocatus officio, amicitia pellectus, ac inuitatus, & odiſſe officium viſus ſim, quod non agnoui, & aſpernari amicitiam, quam obfirmato ſilentio declinaui. Dabis, opinor, veniam, ſi tam gratam muneris tui apud me memoriam, & recordationem fuiſſe affirmem, quam iucundum fuit, & bonis omnibus exoptatum eius rei votum, quæ te, & ad ſcribendum impulit, & excitauit ad offerendum. Neſcius non es expugnationem Rupellæ, vt vniuerſa Galliæ fortunatam, ſic Gallis omnibus medullitùs expetitam, cuius quidem occaſione, cum Epiniciū illud Regi Victori,*

& triumphanti conſecraſſes, & conſcripſiſſes, iucundiſsimũ certè fuit illius argumentum. At verò cum mei recordatio, & initum inter nos amoris, & beneuolentiæ fœdus offerendi exẽplaris, Epinicij tui deſiderium tibi expreſsiſſet, quid nam potuit mihi gratius, aut acceptius obuenire, quam agnoſcere nominis mei ſimulacrum in tanta locorum intercapedine, & poſt quinquennium ſilentij plus quam Pythagorici apud te non intercidiſſe? Excuſabis, ni fallor, Doni ornatiſsime, taciturnitatem meam, atque tarditatem in ſcribendo, cuius cauſa à perturbatione rerum noſtrarum potiùs, quam ab obliuionis, vel deſpicientiæ crimine fuerit repetenda. Non enim obliuiſci vſquàm potero eorum ſermonum, quos olim nobiſcum habebas, neque non admirari πολυμάθειαν, & inſignes illas animi tui dotes, quas inter amicorum colloquia hic explicabas. Quo circà tarditatis quidem veniam deprecari debeo, obliuionis à me crimen amolliri exopto, atque ac Epiſtola cupio, & omiſſionis notam expungere, ſimùlq; beneficij à te accepti gratiarum actionem referre. Vtinam verò participem liceret facere te laborum quoque noſtrorum, neque obſtaret ingenij noſtri tenuitas, æſtusuè negotiorum, quæ me angunt, & vrgent, vixque reſpirare ſinunt, & ad fauonios literarum humaniorum aſpirare. Hæc ſumma eſſet votorum noſtrorum, quibus deficientibus affectum, & mentem probabis, nec ideò me inter mala nomina aſcribes. Salutem tibi plurimam meo nomine dicet D. Naudæus, Vir rara cum virtute eruditionis, ac literatura, cui Romam proficiſcenti has literas commiſi; vt hac velut teſſera haberet ad tuam amicitiam liberiorem acceſſum. Hunc ſi comiter accipias, & pro tua humanitate amplexeris, nunquàm te huius officij pœnitebit, & pari me cum eo vinculo in æternum obſtringes. Vale Lutetiæ Pariſiorum XIII. Kal. Februarijs anni MDCXXXI.

IOANNES BAPTISTA de FABRIS Plebanus Venetiarum edidit,

Itinerarium Philoſophorum, Ariſtotele Peripateticorum Principe Duce, ad Ioannem Baptiſtam Coccinum S. Romanæ Rotæ Decanum. Venetijs apud Ioannem Sarzinam 1632. in 4.

IOANNES BAPTISTA FERRARIVS Societatis Ieſu edidit, *In funere Marſilij Cagnati Laudationem*, habitam in æde S. Ma-

S.Mariæ in Aquiro. Romæ apud Maſcardum 1612. in 4.

2 *Nomenclatorem Syriacum*. Romæ apud Stephanum Paulinum 1622. in 4.

3 *De Chriſti Liberatoris obitu*, Orationem, in Sacello Pontificio Vaticano ipſo Paraſceues die. Romæ Typis Alexandri Zanetti 1623. in 4. & deindè omnes.

4 *Orationes*. Romæ apud Franciſcum Corbellettum 1627. in 16. & iam ſub prçlo eſt,

5 *Flora*, ſiuè, *de Florum cultura*. Romæ apud Stephanum Paulinum in 4.

IOANNES BAPTISTA MONTALBANVS Bononienſis Philoſophiæ, ac I. V. D. edidit,

De moribus Turcarum, Commentarium. Romç apud Guilliel-mum Facciottum 1625. in 12. Editurus eſt,

Annales ab anno MDC. ad præſentem diem.

Suppellectilem Taciti, ſiuè, *Sententias ipſius Taciti, cum diſcurſu, & applicatione exemplorum noſtri æui*.

Grammaticam Turcicam.

Primum Mobile, &,

Secundum Mobile, ad calculum Rodolfinum ſupputatum.

Propoſitiones Lemmata, & Problemata de inclinatione, & tactione linearum. Argumentum nonniſi ab Apollonio pertractatum.

IOANNES BAPTISTA HOSTIENSIS Capuccinus Theologię Lector Romæ in Capuccinorum Monaſterio edidit,

1 *Flammigeram & eruditam Angeli, & Hominis Dialexim*, in qua diuinus amor in piorum vtriuſque naturæ conditione, ac reparatione oſtenſus mirificè commendatur in quatuor. *in* I. *De multiplici earundem naturarum agitur dignitate*. *in* II. *De Incomparabili Deipera Virginis excellentia*. *in* III. *De ſtatu Eccleſiæ militantis*. *in* IV. *De ſtatu Eccleſiæ triumphantis*. Romæ apud Stephanum Paulinum 1623. in 4.

2 *Vitam B. Felicis Capuccini à Cantalicio*, ex authenticis pro illius beatificatione proceſsibus, ad Antonium Cardinalem Barberinum. Romæ Typis Alphonſi Ciacconi 1625. in 4.

IOANNES BAPTISTA LEZANA Theologus Carmelita Romæ in Conuentu Tranſpontinæ Regens, in lucem emiſit,

Digitized by Google

1 *Pro Immaculata B. Virginis Conceptione*, Tractatum; Madriti apud Viduam Idelphonſi Marini 1626. in 4.

2 *De Religioſorum reformatione*, ex varijs Patrum Sententijs. Romæ 1628. in 4.

3 *Compendium Caſuum Conſcientiæ ad Regulares pertinentium*, nunc ſub prœlo eſt. Propediem edet,

Theologicam diſputationem. pro Officio Eccleſiaſtico recitãdo Feſto die Sancti Heliæ Prophetæ Carmelitarum Patriarchæ. De eo Vim-Bodinus in Hiſtoria Eccleſiaſtica Valẽtina, *Hos turbines excepit veritatis frequens diſcuſſio in Hiſpania à Theologis doctiſsimis Complutenſibus, quorum non vltimus M. Ioannes Baptiſta Lezana Carmelita nobis amicus, morum integritate laudabilis, ac Sacrarum Literarum cognitione clarus in paucis*.

IOANNES BAPTISTA NOVATVS Mediolanenſis Religionis Clericorum Regularium Miniſtrantium Infirmis Theologus edidit,

De Eminentia Deiparæ Virginis Mariæ ſemper immaculatæ, ad Vrbanum VIII Romæ apud Paulum Maſottum 1632. in fol.

IOANNES BAPTISTA PASSERINVS Mutinenſis Clericus Regularis edidit,

Funebrem laudationem Iſabellæ Sabaudæ Mutinenſium Principis, Mutinæ apud Iulianum Caſſianum 1626. in 4.

IOANNES BAPTISTA de PERVSIO Capuccinus, edidit Italicè,

Vita del B. Felice da Cantalicio Capuccino. Romæ ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſt. 1625. in 8.

IOANNES BAPTISTA SPADIVS de Firenzuola Placentinus Ordinis Prædicatorum edidit,

1 *D. Raymundi à Pegnafort Ordinis Prædicatorum Generalis III.* Vitam ex Virgilio. Papiæ apud Andream Vianum 1606. in fol.

2 *Succiſiuarum Horarum Centones* ex Virgilio.

D. Raymundi Ordinis Prædicatorum Vitam auctiorem, quàm anteà, & in duos libros diſtributam, ad Bonifacium Cardinalem Caietanum.

Prácationem ad D. Raymundum pro Philippo III. Hiſpano.

Carmen, ad Franciſcum Pegnam Romanæ Rotę Auditorem.

Idyl-

Idyllium in Tranſlatione corporis S. Dominici è veteri in nouum Sacellum, ad Franciſcum Gomezium Ducem de Lerma.

Deiopeiam, Eclogam in Nuptijs DD. Iacobi Auriæ, & Brigidæ Spinulæ, ad eoſdem.

Epithalamion, in Nuptijs Coſmi Medices Magni Hetruriæ Ducis,& Marię Magdalenę Archiducis Auſtrię,ad eũdem Ducẽ.

Eridanum, Eclogam de Alphonſo Principe Eſtenſe.

Carmen, ad Aloyſium Principem Eſtenſem.

Luſum in Auſpicijs Academiæ Animoſorum Cremonæ, ad Io. Baptiſtam, & Claudium Cauutios Fratres.

De Cæſare Eſtenſe, primigenio partu Iſabellæ Infantæ de Sabaudia Alphonſi Principis Eſtenſis Coniugis, Carmen.

Mœridem, Eclogam de Franciſco Comite de Caſtro.

De Carolo Comite S. R. E. Cardinali, lib. III.

Italiæ Proſopopœiam, de Bello Montis-Ferrati inter Carolum Emmanuëlem Allobrogum Ducem, & Ferdinandum Gonzagam Cardinalem Ducem Mantuæ, ad Scipionem Card. Burgheſium.

De Alexandro, Odoardo, & Horatio Principibus Ranutij Farneſij Ducis F. Poëmatium, ad Octauium Farneſium.

Alexin, Eclogã, in Nuptijs Iulij Stanghæ,& Aureliæ Trecchę.

Orationem Dominicam, ad Virgilium Spadium.

Salutationem Angelicam, ad eundem.

Symbolum Apoſtolorum, ad Bernardinum Spadium.

Epitaphium Petri à Porta Placentini.

De D. Conradi Vita à Petro Maria Campo deſcripta, & Claudio Rangono Placentiæ Epiſcopo dicata. Placentiæ apud Hæredes Ioannis Bazachij 1614. in 4.

3 *In Odoardi S. R. E. Cardinalis, atque Ranutij Placentiæ, & Parmæ Ducis Farneſiorum Fratrum ad Placentinos aduentu, Eridanum* ex Virgilio. Ibidem apud eoſdem 1615. in 4.

4 *De Federico Borromæo S. R. E. Cardinali, atque Archiepiſcopo Mediolanenſi*, Idyllium ex Virgilio. Mediolani apud Ioannem Iacobum Comum 1619. in 4.

5 *De Ludouico Ludouiſio S. R. E. Cardinali, atque Archiepiſcopo Bononienſi*, Idyllium ex Virgilio. Mediolani apud Hæredes Pacifici Pontij 1621. in 4.

6 *De Franciſco Sacrato S. R. E. Cardinali, Anagrammaton nume-*

numericorum Coronam ex Virgilio. Mediolani apud Iacobum Lantonum 1621. in 4.

7 *De Nicolao Ludouiſio, & Iſabella Geſualda, Coronam Nuptialem* ex Virgilio. Placentiæ apud Ardizzonum 1622.

8 *S. Romana Eccleſia Triumphum ab Vrbano VIII. Pont. Opt. Max. auctum*. Placentiæ apud eundem 1623. in 4.

9 *De Vrbano VIII. Pont. Opt. Max. Erato, & Clio* ex Virgilio, ad Bernardinum S. R. E. Cardinalem Spadium. Placentię apud eundem 1627. in 4.

10 *Proteo-Diſtichon, de Frãciſco Barberino S.R.E. Cardinali MCM. formis variabile*. Placentię Chinellus 1626.

11 *Proteo-Diſtichon, de Franciſco Principe Eſtenſe, MCM. formis variabile*. Ibidem 1626. Abſoluit prætereа, nec edidit, *Proteo Diſtichon, de B. Virgine MMCC. formis variabile*.

Elogio-Proteo alla Immortalità della fama di Vrbano VIII. Pont. Opt. Max. Carmina duo Italica, quæ in Carmina viginti duo millia octingenta trigintaſex, Quaternarios quinque mille ſeptingentos, & nouem, ſaluis ſemper rhythmo, & carminum heroicorum iuribus, neque vnquam eodem repetito, reducuntur. Molitur volumen ingens,

Omnium Epithetorum Syluam, quæ apud Poëtas Italos, cùm antiquos, tùm recentiores in vſu ſunt. Carmen, Epithetum, Auctorem, & locum, Auctor in opere ipſo indicabit. Fit de eo honorifica mentio à Ioanne Michaële Pio parte ſecunda de Viris Illuſtribus Ordinis Dominicani, & in alio opere etiam Italico de Nobili, & generoſa Progenie S. Dominici. Gabriel item Coruus ſimili eum Elogio exornauit.

IOANNI BAPTISTAE SPADIO,
Dominicano Lectori, Prædicatori prædicando,
Lectoris animum, Auditoris animam
Allicienti, elicientiq;
Philoſopho Theologiæ non poſtremo,
Maroni ſecundo, Centonum Principi:
Cuius enſis in calamum,
Calamus in palmam,
In laurum palma degenerans,
Inſignis, non ſegnis, mortem, non Martem

Prælo

Prælo, non prælio, ferit, non furit:
Verſatile cuius ingenium,
Diſciplinis ita excelluit vniuerſis,
Vt quodlibet in ſingulis:
Cuius Carmen
Antiquioribus antiquius,
Recentioribus poſterius,
Poſterioribus recentius,
Typis ſimùl, & immortalitati datum ſe gaudet.
Qui celeritate feliciſſima, ac celerrima felicitate
Virgilium Religioſum conuertit, dum inuertit piiſſimus:
Nemini inſimulando, aſſimulando Numini:
Cuius laudi innixa,
Qua eum enixa eſt Placentia.
Gabriel Coruus Placentinus
Hanc
Amoris grapheio delineatam,
Coloratam veritatis penicillo,
In immortalitatis ædibus
Tabellam,
Sacrabat.

Vide ſis Lector aliud de eodem lepidiſsimi, mihiq; amiciſsimi, tunc cum fuit, nunc ob peſtem deſideratiſsimi Hieronymi Nicelli Clerici Regularis Elogium, vnà cum eiuſdem Spadij Centone de Vrbano VIII. editum.

IOANNES BRICCIVS edidit Italicè,

1 *La Tartarea Infernale*. apud Diſcipulos 1620. in 12.
2 *La Bella Negromanteſſa*. apud eoſdem 1628. in 12.
3 *Pantalone Imbertonao*. apud eoſdem 1629. in 12.
4 *Li Strapazzati*. Romæ apud Facciottum 1627. in 12.
5 *Li Diſpettoſi*. Venetijs apud Io. Albertum 1606. in 12.
6 *La Diſpettoſa Moglie*. Ibidem apud Imbertum 1616. in 12.

Et alia ſui ingenij experimenta, ſed minoris momenti, ac pretij, qualia apud ſe extant Manuſcripta non minori numero. Pręcipua ſunt, Comœdiæ, & Drammata,

La Siderea. *Li Bruti Silueſtri*. *La Poliſena*.
L'Hoſtaria. *Il Deſiato*. *Lo Scaramuccia*.

L'In-

L'Incantanti.	*La finta Peſte.*	*Gioſafat.*
Dell'Arte Araldica.	*La Piazza Nauona.*	*Moisè.*

Le vite de' Pittori in Compendio.

IOANNES BRISELLIVS Louanienſis Societatis Ieſu, *Dictione*, vt ſcribit Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica, *atque eloquentia, quã Antuerpiæ annos aliquot docuit, plurimũ valet*, *Meditationes Caroli Scribani eiuſdem Societatis*, è Belgica in Latinam linguam conuertit, Antuerpiæ editas, apud Hæredes Nutij, & Meurſij 1615. in 8.

IOANNES CAMILLVS ZACCAGNIVS edidit Orationes,

1 *De laudibus Leonis* X. Orationem I. Romæ apud Iacobum Maſcardum 1622. in 4.

2 *De laudibus Leonis* X. Orationem II. Ibidem apud eundem eodem anno in 4.

3 *De laudibus B. Thomæ de Villanoua Archiepiſc. Valentini.* Ibidem apud eundem eodem anno in 4. Italicè verò,

4 *I biaſmi delle Donne, Poeſia.* Ianuæ apud Ioſephum Pauonum 1630. in 4.

IOANNES CANTANNAZORIVS Hiſpanus Ord. B. Mariæ de Mercede edidit patrio ſermone,

1 *De nominibus Sanctorum, quæ ſacro Baptiſmo initiandis imponuntur*, Tractatum. Madriti apud Ludouicum Sanchez 1629. in 4.

2 *De tẽporis inſtabilitate, & breuitate vitæ*, in obitum Caroli Hiſpaniarum Infantis Regis Philippi IV. fratris. Romæ apud Franciſcum Corbellettum 1632. in 4.

IOANNES CAROLVS PICA Aquilanus edidit Italicè Orationes II.

Nella felicissima Coronatione di Philippo IV.

Nella morte della Reina Margarita d'Auſtria ſua Madre. Romæ apud Impreſſores Camerales 1625. in 4.

IOANNES CAVS Calaritanus edidit,

De Primatu Eccleſiæ Calaritanæ. Scripſit etiam,

De S. Lucifero Calaritano, cũ eius Deſẽſione. Sed nõ impreſſit.

IOANNES CIAMPOLVS Baſilicæ Vaticanæ Canonicus edidit Latinè,

1 *De Pontifice Maximo eligendo*, Orationem habitam in Sacroſancta Principis Apoſtolorum Baſilica. Romæ apud Iacobum Maſcardum 1623. in 4. Italicè verò,

2 *Choro Muſicale*, in Nuptijs DD. Thaddæi Barberini, & Annæ Columnæ. Romæ ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ 1629. in 8.

3 *Il Cantico delle benedittioni nella Coronatione di Papa Vrbano VIII.* Romæ Typis Iacobi Maſcardi 1626. in 4.

4 *Poeſia in lode dell' Inchioſtro*. Ibidem apud eundem eodem anno in 4.

5 Hymnum, *In lode della Santiſsima Vergine di Mongiouino.* Ibidem apud eundem 1629. in folio expanſo.

IOANNES FABER Bambergenſis Medicinæ Doctor, & Profeſſor in Romana Academia edidit,

1 *In Imagines Illuſtrium ex Fului Vrſini Bibliotheca Antuerpiæ à Theodoro Gallæo expreſſas*, Commentarium, ad Cynthium Aldobrandinum. Antuerpiæ ex Officina Plantiniana apud Ioannem Moretum 1606. in 4.

2 *De Nardo, & Epithymo* aduerſus Scaligerum. Romæ apud Facciottum 1606. in 4. Et cum Scaligero Hypololimæo.

3 *De Animalibus Indicis apud Mexicum* Romę 1628. in fol. Iulius Cæſar Capacius in Elogiorum lib. 2. num. 19. magnoperè virum hunc admiratur. *Ioannes Faber*, inquit, *Bambergenſis eruditiſsimus vir, in rerum ſimulacris factus ad vnguem, qui vix XXX. annum egreſſus Veſalium, & Fallopium æmulatus, ſedulus naturæ explorator, centena diuerſi ſexus, & ætatis humana Cadauera ſecuit, cui grata olim poſteritas, rarum illum ſuarum obſeruationum Theſaurū debebit, Neapolim à Paulo V. Summo Pontifice miſſus ad varias plantas in Hortos Vaticanos congerendas, dum de Nardo, & Epithymo ſuam mihi aduerſus Ioſephum Scaligerū diſputationem typis traditā oſtenderet*, &c.

IOANNES FRANCISCVS FINVGIVS edidit Italicè,

Modo di ſcauar facilmente, e preſto i letti de' Fiumi, perche non inondino, e per ſeccar le Paludi, e li Stagni. Romæ apud Ludouicum Grignanum 1632. in 4.

IOANNES FRANCISCVS MAIA Materdona edidit Italicè,

1 *Lettere di Buone Feſte*, primam, & ſecundam partem, ad Car-

Digitized by Google

Cardinalem de Sabaudia, & Principem Burgheſium. Romæ apud Ludouicum Grignanum 1625. in 12.

2 *Rime varie*. Venetijs.

IOANNES FRANCISCVS TOLOMÆVS edidit Italicè, *Per'la naſcita del Sereniſſimo Prencipe di Spagna*, Diſcurſum Academicum. Romæ apud eundem 1630. in 4.

IOANNES FRANCISCVS FERENTILLIVS Interamnenſis I. V. D. & in Romana Curia Aduocatus edidit,

Annotationes in Deciſiones Rotæ Romanæ coram D. Matthæo Buratto Bononienſi. Romæ apud Camerales 1632. in fol.

De Penſionibus Eccleſiaſticis, Tractatum meditatur.

IOANNES GONZAGA Mantuanus Clericus Regularis, *ſplendidè natus*, verba ſunt Boluiti, *& ex familia ſublimi, ac Ferdinando Duci Mantuano, & Eleonoræ Auguſtæ ſanguinis lege coniunctus; à natalium celſitudine impetus ſibi ad virtutem ratus eſt miniſtrari, eoſque Religioſæ humilitati ſubiecit, quæ egregiè illos conuenuſtauit. A puero Ferdinando Patre Guaſtallæ Duce procurante, & Victoria Doria Matre inter noſtros educatus in domo noſtra Neapolitana Sanctorum Apoſtolorum cum Philippo fratre, quem variolarum morbus ſuſtulit, nondùm poſito tyrocinio, inſigne ingenij ſui ſpecimen ſemper prætulit, exacto Philoſophiæ curriculo, dùm ſub Theologicis Magiſtris formaretur, præcocis ingenij maturos fructus edidit, nimirùm Panegyricas Orationes quatuor, hoc eſt,*

In laudem S Thomæ Aquinatis.

In D. Antoninum Abbatem Surrenti Patronum.

In B. P. N. Caietanum Thienæum.

De Iacobi Torni Clerici Regularis admiranda Sanctitatis virtutibus; quæ poſtea in lucem edita fuerunt ſtudio, & induſtria Annibalis Brancatij Neapolitanæ Academiæ Otioſorum Principis. Eæ verò ſunt Italicè ſcriptæ. Neapoli apud Octauium Beltranum 1621. in 4. Alia item,

2 *Panegyrica Oratio, in laudem B. Andreæ Auellini Clerici Regularis*, edita à Fabritio Carafa. apud eundem 1627. in 4.

IOANNES de GVEVARA Clericus Regularis Minorum, edidit Italicè,

1 *Orologio Spirituale de' Prencipi*, ad Ferdinandum II. Hetruriæ

truriæ Ducem. Romæ apud Iacobum Maſcardum 1624. in 8.

2 *In Ariſtotelis Mechanica, Commentarios*, vnà cum *Additionibus* quibuſdam ad eandem materiam pertinentibus. Romæ apud eundem 1627. in 4.

IOANNES HIERONYMVS KAPSPERGER edidit in Muſicis,

1 *D'Intauolatura del Chitarrone*, lib. III. I. Venetijs 1604. II. & III. Romę 1616. & 1626. in fol.

2 *D' Intauolatura di Lauto*, lib. II. *con le ſue Tauole per ſonar ſopra la parte*. Romæ 1611. & 1623. in fol.

3 *Libro* I. *d'Arie paſſeggiate à vna voce, con l'Intauolatura del Chitarrone*. Romæ 1612. II. *A vna, e più voci*. Ibidem apud Lucam Antonium Soldum 1623. III. *A vna, e più voci*. Ibidem apud Paulum Maſottum 1630. in fol.

4 *Di Villanelle à vna, doi, e tre voci*, lib. V. *con l'Intauolatura del Chitarrone, & Alfabeto per la Chitarra Spagnola*. Ibidem apud eoſdem 1610. 1619. 1623. & 1630. in fol.

5 *Libro* I. *di Madrigali à* 5. *voci col Baſſo continuo, e ſuoi numeri*. Ibidem apud Petrum Manelphum 1609. in 4.

6 *Libro* I. *di Motetti paſſeggiati à vna voce*. Romæ 1612.

7 *Modulatus ſacros diminutis vocibus concinnatos*, volum. II. Romæ apud Paulum Maſottum in fol.

8 *Cantiones ſacras Muſicis modulis aptatas*, volum. I. apud Eundem 1628. in 4.

9 *Libro* I. *de Balli, Gagliarde, e Correnti à quattro voci*. Romæ apud Ioannem Baptiſtam Roblettum 1615. in 4.

10 *Libro* I. *di Simfonie à quattro, con il Baſſo continuo*. Romæ apud eundem 1615. in 4.

11 *Poëmatia, & Carmina compoſita à Maphæo Barberino, nũc Vrbano VIII. Pont. Opt. Max. Muſicis modis aptata*, volum. I. Romæ apud Lucam Antonium Soldum 1624. in fol. Et vol. II. apud Paulum Maſottum 1633. in fol.

12 *Coro Muſicale*, in Nuptijs DD. Thaddæi Barberini, & Annæ Columnę. Ibidem apud eundem 1627. in fol.

13 *Fetonte Dramma recitato à più voci*. Ibidem 1630.

14 *Paſtori di Betelemme nella naſcita di N. S. Dialogo recitatiuo à più voci*. apud eundem 1630. in fol.

15 *Epita-*

15 *Epitalamio*, in Nuptijs DD. Caroli Antonij à Puteo, & Theodoræ Coſtæ, *recitatiuo à più voci*. Ibidem 1628.

16 *Miſſa Vrbana* 4. 5. & 8. *vocibus*, volum. I. Ibidem apud eundem 1631. in 4.

17 *Litanias Deiparæ Virginis Muſicis modis aptatas* 4. 6. & 8. *vocibus*. Ibidem apud eundem 1631. in 4.

18 *Li Fiori*, lib. VI. *di Villanelle, à* 1. 2. 3. *e* 4. *voci, con l'Alfabeto per la Chitarra Spagnola*. apud eundem 1632. in fol.

Plura etiam abſoluit, quæ editioni parat,

D'Intauolatura di Chitarrone, lib. IV. V. VI.

D'Intauolatura di Lauto, lib. III. & IV.

D'Aria, lib. IV. V. VI.

Di Balli, lib. II. & III.

De Simfonie, lib II. & III.

Di Salmi per Veſperi, lib. I. II. III.

Di Motetti paſſeggiati, lib. III. & IV.

Carmina Cardinalis Barberini nunc Vrbani VIII. Muſicis modis aptata, volum. III.

Drammi diuerſi

Dialoghi Latini diuerſi.

Dialoghi Volgari diuerſi.

Di Concetti Spirituali, & alia.

IOANNES HIERONYMVS SOPRANIVS è Societate Ieſu edidit Italicè ſuppreſſo nomine,

Compendio della vita di S. Franceſco Xauerio. Romæ apud Bartholomæum Zannettum 1622. in 8. Reliquit,

Commentarios in libros Regum, &,

Epitomen Hiſtoricam.

IOANNES HONORIVS VAL AXEL Vltraiectinus Hollandus, Dominus de Senis, & Aduocatus Romanus ſcripſit,

Totius Iuris Canonici Compendium, ſiuè, *Breuem Summam in V. libros Decretalium, Sacri Concilij Tridentini Decretis accommodatam*. Coloniæ Agrippinæ 1630. in 4.

IOANNES IACCHETTVS Serranus Confeſſor Monialium S. Silueſtri de Capite edidit Italicè,

1 *Hiſtoria della Venerabile Chieſa, e Monaſterio di S. Silueſtro de Capite di Roma*. apud Maſcardum 1625. in 4. Latinè verò,

2 *Ico-*

2 *Iconologiam Saluatoris, & Karilogiam Præcurſoris, ſiuè; de Imagine Saluatoris ad Regem Abagarum Miſſa, & de Capite Ioannis Baptiſta Præcurſoris Romæ in Eccleſia Monialium S. Silueſtri dicta de Capite mirifica omninò deuotione aſſeruatis, & cultis*, Tractatum. Ibidem apud eundem 1628. in 8.

3 *Apuliæ Terræmotus an. MDCXXVII. deplorationem*; Ibidem apud eundem 1632. in 4. De eo locutus eſt in additamentis ad Ciacconum Victorellus.

IOANNES IACOBVS RICCIVS edidit Italicè carmine,

1 *Rime diuerſe in Amatorie, Paſtorali, Peſcatorie, e Guerriere*. Viterbij apud Diſcipulos 1615. in 12.

2 *Thalia, ouero Gradi d'Amore, diuiſi in Scherzi, Deſiderij, Prieghi, Pianti, Sdegni, e Fantaſie*. Roncilioni apud Ludouicum Grignanum 1619. in 12.

3 *Il Maritaggio delle Muſe Poema Drammatico*. Vrbe-Veteri apud Phęum 1625. in 12. & Mediolani apud Fontanam 1629.

4 *La Poeſia maritata Comedia allegorica con i Poeti riuali*. Romæ apud Franciſcum Caballum 1632. in 12.

5 *Arno, e Tebro Feſtanti*, Epithalamium Italicè, & Latinè in Nuptijs DD. Thaddæi Barberini, & Annæ Columnæ. Romæ apud Impreſſores Camerales 1629. in 8.

6 *Canzone Epitalamica, Il Trionfo d'Amore, e d'Himeneo*, in eaſdem Nuptias. Ibidem apud eoſdem. Penès ſe habet,

La terza parte delle Rime diuiſa in Affetti Amoroſi, Giocoſi, Eroici, Morali, Deglioſi, Diuerſi.

La quarta intitolata l'Huomo Spirituale diuiſa in Amori, Glorie, Prieghi, Pianti, Iſtorie, e Variationi.

I Diporti Poetici, diuiſi in VII. libri, in Caccie diuerſe, Caccie Eroiche, Vccellagioni, Peſcaggioni, Duelli, e Battaglie, Giochi, e Veglie.

L'Archiuio delle Muſe Poemetti diuerſi, inter ea præcipua ſũt,

Il Compendio della Gieruſalemme liberata del Taſſo.

La Preſa di Coſtantinopoli diuiſa in Aſſedio, Aſſalto, e Sacco,

Il Beliſario.

Il Narciſo.

IOANNES de LVGO Societatis Ieſu edit nunc Lugduni & eſt propè opus abſolutum,

De Incarnatione. in folio. Plura alia ab ingenio tanti viri expectamus.

IOANNES MANELPHVS Eretanus Sabinus Philoſophiæ in Almo Vrbis Gymnaſio Profeſſor edidit,

1 *De Fletu, & Lacrymis*. Romæ apud Bartholomæum Zannettum 1618. in 8.

2 *Reſponſionem ad Annotationem Proſperi Martiani*. Ibidem apud eundem 1621. in 8.

3 *De Ellebero diſceptationem*. Ibidem apud eundẽ 1622. in 8.

4 *Annotationes in Aphoriſmos Hippocratis*. Ibidem apud eundem 1623. in 16.

6 *De Febribus Theoremata*. Romæ apud Andream Phęum 1625. in 4.

7 *Vrbanas Diſputationes in problematum Ariſtotelis Sectionem*. Romæ apud Guillielmum Facciottum 1630. in 8.

IOANNES MARIA CASTELLANVS Anatomię Profeſſor edidit,

Phylacterium, ſeù, *de Sanguinis miſſione*. Romæ in duobus folijs expanſis, & iterum in 4. Perfecit Anatomem magnam in folio cum multis æneis figuris. De eo, & Petro Caſtello M. Aurelius Seuerinus de Nouiſs. obſeruat. abſceſsibus pag. 142. *A Petro Caſtello, à Ioanne Maria Caſtellano profeſſoribus item Pontificijs, virisq; vt rei Medicæ ita etiam Anatomicæ conſultiſſimis, quos audio præter exercitationem νεκροτομικῶν exquiſitã, compoſita de hiſce rebus volumina propediem edituros*.

IOANNES MATTHÆVS CARYOPHILVS Cretenſis Archiepiſcopus Iconienſis ſcripſit,

1 *Noctes Tuſculanas, & Rauennates*, Gręcè, & Latinè vario Carminum genere, ad Ludouicum Cardinalem Ludouiſium. Romæ apud Hæredes Bartholomęi Zannetti 1625. in 8.

2 *Confutationem Nili Theſſalonicenſis de Primatu Papæ*, Gręcè, & Latinè. Pariſijs apud Adrianum Taupinart, via Iacobęa 1626. in 8.

3 *Refutationem Pſeudo-Chriſtianæ Catecheſis à Zaccharia Gergano editæ*, Gręcè, & Latinè. Romæ Typis Sacrę Congregationis de Fide Propaganda 1631. in 4.

4 *Cenſuram Confeſsionis Fidei, ſeù potiùs perfidiæ Caluinianæ,* quæ

quæ nomine Cyrilli Patriarchæ Conſtantinopolitani circũfertur. Romæ Typis Sacrę Congregationis de Fide Propaganda 1631. in 8. Latinè, & Gręcè,

5 *Notas contrà Caſaubonum*, proſtant vnà cum Eudęmon-Ioanne. Pleraq; etiam è Gręcis vertit in linguam Latinam.

6 *Concilium Florentinum*. Sępiùs editum.

Georgij Scholarij Orationes III. de Pace ad Græcos. Sępiùs cum Concilio Florentino editas.

Ioſephi Epiſcopi Methonenſis, Reſponſionem ad libellũ Marci Epheſini, Gręce, & Latine. Romæ apud Stephanum Paulinũ in 4.

Gregorij Protoſyncelli Apologiam aduerſus Marci Epheſi Epiſtolam. Ibidem apud eundem, cum Concilio Florentino, Græcè, & Latinè.

7 *Epiſtolas Themiſtoclis*, Gręcè, & Latinè. Romę apud Ludouicum Grignanum 1626. in 4.

8 *S. Nili Iunioris vitam*, Gręcè, & Latinè. Romæ apud Bartholomęum Zannettum 1624. in 4.

9 *Catenam Græcam Procopij in Cantica Canticorum*, quæ iam diù tranſmiſſa eſt ad Typographos Lugdunenſes. Vertit etiam in vernaculam Græcorum linguam,

10 *Doctrinam Chriſtianam Bellarminij*. Romę apud Zannettum in 8.

11 Librum qui ſub nomine Gennadij circumfertur, *pro defenſione Concilij Florentini*. Romæ Typis Sacræ Congregationis de Fide Propaganda in 4. Nondùm vulgatæ ſunt quam plurimæ Gręcorum Patrum Orationes in laudem Virginis, & aliorum SS. ab ipſo verſę in linguam Latinam. Eum laudauit Victorellus in Recenſione, *Archiepiſcopus Iconienſis Cariophylus Magno Cardinali Petro Aldobrandino olim viuenti carus, Philoſophus, Theologus, Sacrorumq; Conciliorum, & Patrum doctrina peritus, in refellendis Græcorum erroribus voce, & ſcriptis excellens, Græci Idiomatis doctiſſimus Florentinam Synodum Græcè ſcriptam latinitate donauit. Ex eius penu vita S. Nili Abbatis Græco-Latina iam edita, Noctesq; Tuſculanæ, & Rauennates, Græcis, Latinisq; ſacris Carminibus refertæ, & alia publici iuris nondùm facta*. Et in Additamentis ad Ciacconum in vita Honorij I. *Nilum iniuſtum, mendacemq; Honorij impugnatorem*,

doƐta Graeè, Latinèq; ſcripta confutatione refellit eruditiſſimus Archiepiſcopus Iconienſis Ioannes Mattheus Caryophilus ampliſſimi, & prudentiſſimi Cardinalis Ludouiſij familiaris. Et ad cap. 19. lib. 2. Inſtructionis Sacerdotum Cardinalis Toleti, *Ioannes Mattheus*, Caryophilus, *apud ampliſſimum Cardinalem Petrum Aldobrandinum Theologi munere honorificè perfungitur, in Graecorum Conciliorum editione, in multis Graecorum Auctorum monumentis latinitate donandis, cum laude deſudauit*.

IOANNES MATTHÆVS GARIPA de Orgoſolo Sardus edidit eadem lingua,

1 *Declaracione deſſa Sequentia, qui ſi ſole cantare in ſa ſolennitade deſſu Santiſsimu Sacramentu in verſu Sardu*. Romæ apud Paulum Maſottum 1627. in 8.

2 *Legendariu de Sãctas Virgines, & Martyres de Ieſu Chriſtu in limba Sarda*. Romę apud Grignanum 1627. in 8.

IOANNES MATTHÆVS RISPOLIS Ordinis Prędicatorum edidit,

Statum Controuerſia prædefinitionum, & prædeterminationum cum libero arbitrio. Pariſijs apud Chaudiere 1609. in 4.

IOANNES NOBILIVS edidit Italicè,

1 *L'Amaranta*. Romæ apud Maſcardum 1629. in 12.

2 *La Cleria*. Venetijs apud Florauantium Pratum 1609. in 12.

IOANNES PEREZIVS ROXAS Hiſpanus Ordinis B. Marię de Mercede edidit Hiſpanicè,

Concionum de SanƐtis, Tom. II. Aſtigi apud Patres Ordinis de Mercede 1627. in 4.

IOANNES PETRVS OLINA de Orta Nouarienſis Diœceſis edidit Italicè,

L'Vccelliera, ouero Diſcorſo della natura, e proprietà di diuerſi Vccelli, in particolare di quei, che cantano, ad Equitem de Puteo. Romę apud Andream Phęum 1622. in 4.

IOANNES RO Societatis Ieſu edidit,

In ElεƐtione Ducis Ianuenſis, Orationem. Parat,

Illuſtrium Virorum Elogia.

IOANNES ROA AVILA Hiſpanus Prior Caberi Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini edidit,

1 *De Prouidentia Dei, Prædeſtinatione, & Reprobatione*.

Ma-

Madriti apud Petrum Madrigal 1593. in fol.

2 *De Iuribus principalibus*, &c. Ibidem apud eundem in fol.

3 *De Annis Mundi*. Romæ apud Facciottum 1610. in 4.

4 *Tabulas mũdi, & Genealogiam Chriſti*. Romæ 1609. in 4.

5 *Apologiam pro immaculata B. M. V. Conceptione*. Bracchiani apud Andream Phæum 1614. in 4. Alia eiuſdem opera Manuſcripta in Bibliothecis ſeruantur, videlicet,

De Poteſtate Eccleſiæ, & cõcurſu poteſtatis Principũ, Tom. IV.

Apologia varia de materijs Theologicis.

De B. V. M. immaculata Conceptione, vbi pleniùs, & fuſiùs tractatur hæc materia,

De explicatione Diuinorum Myſteriorum, Tractatus.

Logica, *Phyſica*, *& Metaphyſica*.

De Miſericordia actibus, Eleemosyna, & correctione fraterna, & iudiciali.

De cambijs, & contractibus nummularijs.

IOANNES SEVERANVS Sancto-Seuerinas Congregationis Oratorij Presbyter, edidit Italicè,

1 *Memorie Sacre delle VII. Chieſe di Roma, & altri luoghi, che ſi trouano per le ſtrade di eſſe*, Part. I.

2 Par. II. *In cui ſi tratta il modo di viſitare le VII. Chieſe*. Romę apud Iacobum Maſcardum 1630. in 8.

3 *Precioſas mortes Sanctorum*, ex varijs, probatiſq; Auctoribus Collectas. Romæ apud eundem 1623. in 4.

Eiuſdem *Roma Subterranea*, nondùm lucem videt.

IOANNES de S. STEPHANO, & FALCES ex Regno Aragonię Ordinis Hieronymitani, Conuentus Valentini S. Michaëlis Regũ Prior, nunc Archiepiſcopus Brũduſinus, euulgauit,

1 *Methodum ad cognoſcendas hæreſes*, ad Vrbanum VIII. Romæ apud Alphonſum Ciacconum 1630. in fol.

2 *Fragmenta Conſolationum pro omni tribulatione*, ad Alexandrum Cęſarinum S.R.E. Cardinalem. Romę apud Iacobum Maſcardum 1630. in 8.

3 *Pharmacum Tribulationum*, *ſeù Conſiderationes ad præferendos dolores*, ad Excellentiſſimum Marchionẽ de Monterey. Romę apud Hęredes Bartholomęi Zannetti 1630. in 8.

IOANNES STEPHANVS MENOCHIVS Soc. Ieſu edidit,

1 *Hieropoliticum*, ſiuè, *Inſtitutiones Politicas*, è S.Scripturis depromptas, lib.III. ad Alexandrum Cardinalem Vrſinum. Lugduni ſumptibus Ludouici Proſt. 1625. in 8.

2 *Inſtitutiones Oeconomicas*, è S. literis depromptas, lib. II. ad Ludouicum Cardinalem Ludouiſium. Lugduni ex Officina Rouilliana 1627. in 8.

3 *Explicationem Literalem in vniuerſam ſacram Scripturam*. Coloniæ cum alijs.

IOANNES TOMCVS Marnauitius Boſnenſis Epiſcopus edidit Latinè,

1 *Vnicam Gentis Aureliæ Valeriæ Salonitanæ Dalmaticæ Nobilitatem*. Romę apud Ludouicum Grignanum 1628. in 4.

2 *Sacram Columbam*. Ibidem apud eundem 1629. in 4.

3 *Villam Sacchettam Oſtienſem, Coſmographicis Tabulis, & Notis illuſtratam, Ruſticanis legibus, Officinarumq; Inſcriptionibus adnotatam*. Ibidem apud eundem 1630. in 4.

4 *Regiam fœcunditatem Sanctitatis Illyricorum*, ſiuè, *Vitas Principum Illyricorum*, ab eodem deſcriptas apud Impreſſores Camerales 1632. in fol.paruo. Et Illyrico carmine Tragędiam,

5 *Oſmanum*. Romæ apud Maſcardum 1632. in 4.

6 *Magdalenam*. Ibidem apud eundẽm. Nondum vulgauit,

De Donarijs, & Ornamentis Sacrorum Templorum.

S. Felicem Epiſcopum Salonitanum Spalatenſibus reſtitutum, contrà Matthæum Donnolam.

Inditia Nobilitatis Regiæ familiæ Marnauitiæ, ſiuè Marciæ.

IOANNES VICTORIVS ROSSIVS edidit,

Orationes IX. & Problema I. Romæ apud Aloyſium Zannettum 1603. in 8.

IOSEPHVS BASSVS edidit Italicè,

1 *Perche gli huomini ſiano più facili à por mente, & à dir male de i difetti, che à dir bene delle perfettioni altrui*, Diſcurſũ. Romæ apud Ludouicum Grignanum 1625. in 12.

2 *Se le coſe humane ſiano più degne di riſo, ò di pianto*. Ibidem apud eundem 1625. in 12.

3 *In lode della Villa*. Ibidem apud eundem 1626. in 12.

4 *Panegirico funebre*, in obitum Sillæ Luccij I.C.Canonici, & Pœnitentiarij Eccleſiæ Veliternæ.apud eundem 1626.in 12.

5 De-

5 *Deſcrittione della Città di Velletri.* apud eundẽ 1631. in 4.

IOSEPHVS GRATIANVS Aueanenſis edidit,

De laudibus Militaribus Dominici Cardinalis Capranicenſis, olim, &c. Orationem, apud Maſcardum 1630. in 12.

IOSEPHVS GHISLERIVS Romanus Philoſophiæ, ac Medicinæ Doctor edidit,

De Medicinæ laudibus, Orationum. Romæ ex Typographia Antonij Zannetti 1597. in 4.

IOSEPHVS LENTVS Aſculanus edidit adoleſcens,

Clarorum Aſculanorum præclara facinora, Card. Montalto. Romæ Typis Iacobi Maſcardi 1622. in 8. Pręcox, maturumq; adoleſcentis ingenium admiratus eſt Andreas Baianus Epiſtola quadam ad Marcellum Creſcentium. *Gratulor tibi, mi Marcelle, gratulor de hoc tuo ſingulari in benemeritam iuuentutem ſtudio. Creſcere quidem in omni bonarum rerum, & artium genere, vſque ad veram Romanorum, vndè proficiſceris, magnitudinem niteris. Ideò generoſis, & ſtudioſis adoleſcentibus, & eorum factis, ac ſcriptis inuigilas, impuberis exemplo Themiſtoclis, quem non otium, non voluptas, ſed pro aris, focisq; pugna, & victoris Miltiadis excitabant Adoleſcentis Aſculani Latina ſuis de Ciuibus Elogia, quæ miſiſti, lectitaui. Sciſcitaris iudicium? ingenuè fateor, Ea planè terſa, numeroſa, grauia, & citrà verborum fucos, & luxus. quod in iuniore annorum ſeptemdecim demiror ſatis, cognominis idem Lenti, ſed non lenti ingenij, quin etiam præcocis. Quid plura? Si opus commendat Opificem, in tot, & tantis ſuorum Elogijs incredibile ſui contexuiſſe videtur Elogium*, &c.

IOSEPHVS MARIA SVARESIVS Præpoſitus Auenionenſis, I. C. & Eminentiſſimi Cardinalis Barberini Bibliothecarius plura edidit vincta, ſolutaue oratione: Puer enim,

1 *Elegiam, Echo de Eccleſia Metropolitana Auenionenſi*, inſcriptam, Prępoſito, & Canonicis Auenionenſibus compoſuerat. Exijt Antuerpiæ Typis Plantinianis 1622. illo eodem anno, quo Erycius Puteanus ſuam illi Bibliothecam inſcripſerat Louanij cuſam. Eumq; *doctum, & pietate, & doctrina clariſſimum* appellauit.

2 Fragmentũ ex lib. Tertulliani, *de Execrandis Gentium Dijs.*

Item vindicauit, protulitq; *Chartā donationis anno à Chriſto nate CDXXI. ſubſcripta*. Romæ Typis Vaticanis 1630. in 4. Quæ iterum edita, moxq; Lutetiæ recuſa fuerunt.

3 *De Chriſti in Cœlum aſcenſu*, Orationem habitam in Baſilica Lateranenſi. Romæ Typis Vaticanis 1628 in 4.

4 *De S. Ioanne Euangeliſta*, Orationem habitam in Sacello Vaticano. Romæ apud Impreſſores Camerales 1631. in 4.

5 *De Deo Trino, & Vno*, Orationem habitam in Sacello Pontificio Montis Quirinalis, ad Franciſcum Cardinalem Barberinum. Romæ Typis Vaticanis 1632. in 4.

6 *Corollarium in librum Onuphrij Panuinij de Baptiſmate Paſchali, & origine, ac ritu conſecrandi Agnos Dei*. Romæ apud Impreſſores Camerales 1630. in 8.

7 Plura *Epigrammata Græca, & Latina*, & *Præfationes* etiam alienis nominibus ſparſim. Nunc totus eſt in *Pinacotheca veterum Chartarum* inſtruenda, & alia plura meditatur publicę vtilitati conſulturus, videlicet,

Latinorum, & Græcorum Principum Parallela.

Hiſtoriam ab Orbe cōdito ad captam vſque Conſtantinopolim; è Græcis Auctoribus, qui nondùm editi fuerunt, contextam Græcè, & Latinè cum Notis.

Concilium Romanum Martini Papæ I. cū Honorij Papæ Sanctiſsimi vita, Opuſculis, & Vindicijs.

Theodori Studitæ Opera omnia.

Damaſi Papæ Sanctiſsimi Opera.

Auenionis antiqua Monumenta.

Diptychon Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum.

Heptada, ſeù Pontificum, qui Auenioni ſederunt, res geſtas.

Pharum Hiſtoricam.

Apologias Ioannis XII. & Ioannis XXII.

De Sacris Diptychis.

De Donis Pontificijs.

De Triclinijs Sacris.

De Titulis Honorarijs.

De Præfectis Prætorio.

De Baculis, ſeù Virgis Paſtoralibus.

Vitam S. Agathæ.

De

De S. Domitilla Virgine.
De Sacra Aede Lauretana.
De Vaſis Sacris.
De Veſtibus Sacris.
De Anno Iubilao.
De Canonizatione Sanctorum.
Antelucanas Horas, quibus ſacrorũ Rituũ rationes afferuntur,
Notas in Inſtitutiones Iuris.
Delitias Poëticas, ſeù, *Syluas Carminum.*
Epiſtolarum Eclogas. Eum nuncupauit Antonius Sanderus in Elogijs Cardinalium, *Virum eruditione egregium:* Iacobus Philippus Thomaſinus in vita Laurentij Pignorij, *Muſarum ocellum:* Ioannes Tomcus Boſnenſis Epiſcopus in fœcunditate Sanctitatis Illyricæ, *Virum illuſtriſsimum, & pro ſuo animi candore, & morum innocentia nunquàm ſatis laudatum*, commendans eius in bonas artes, & præcipue in Hiſtorias illuſtrandas affectum: Andreas Victorellus in Notis ad vitas Pōtificum à Ciaccono ſcriptas, *Virum eruditione, & pietate præſtantem, doctum, amicum, modeſtumq; cuius humanitate, & benignitate multa excerpta ex Archiuio Auenionenſi ipſe habuit*: Petrus Saxius in Pontificio Arelatenſi, *doctiſsimum, & amiciſsimum, doctrina, & virtute præſtantem Virum:* Spiritus Aubertus in Tabula Oratoris Gallici in Præfat. *illum ineunte ætatis Aprili doctiorum, ſeniorum gloriam æquare, illius virtutem incomparabilem à Belgis ſuſpici.* Antonius Brunus in Gratijs ſuis Odem illi de Valle-Cluſa elegantiſſimam inſcripſit, qua illum prędicat, viam ſibi affectare ad æternitatem per ſacræ Poëſeos ſtudium. Abrahamus Bzouius in Silueſtro II. & alij, qui eius meminerunt perhonorificè; ſed nimis longum eſſet illos percenſere.

IOSEPHVS MATRAIA Lucenſis Generalis Congregationis Matris Dei edidit Italicè,

Hiſtoriam S. Mariæ in Porticu de Vrbe, ad Felicem Mariam Vrſinam. Romæ 1627. in 4.

IOSEPHVS TRVLLERIVS edidit libellum Io. Baptiſtæ Suſij Mirandulani,

De Sanguinis mittendi ratione. Addiditq;
Epiſtolas ſuas Præfatorias ſatis prolixas ad Guidonem Cardinalem

nalem Bentiuolum, & Lectorem, de eadem re. Romæ ex Typographia Reu. Cameræ Apoſtolicæ 1628. in 12. Reliquit,

Epiſtolas Apologeticas pro ſanguinis miſſione aduerſus quendam Pſeudo medicum nomine de la Febure, natione Gallum, doctrina Hæmophobum, quas ſe editurum aliquandò ſignificauit nobis, amiciſſimus Gabriel Naudæus.

IVLIANVS VIVIANVS Piſanæ Cathedralis Eccleſiæ olim Decanus, nunc Epiſcopo Cardinali Oſtienſi in illius Eccleſiæ Regimine inſeruiens euulgauit,

1 *Praxim Iuris-Patronatus*. Romæ Typis Bartholomæi Zannetti 1622 in 4.

2 *Eandem* auctam, & multis Rotæ Deciſionibus locupletatam. Romę apud Camerales 1628. in fol.

IVLIVS CÆSAR BOTTIFANGVS Vrbeuetanus eques Ordinis Luſitani edidit Italicè,

1 *Il Corporale Sacratiſsimo d'Oruieto*, Poëma Cant. XV. ad Cardinalem Creſcentium. Romæ apud Hæredes Bartholomæi Zannetti 1626. in 12.

2 *Epiſtolam de Elephanto Romæ viſo*. Ibidem in 4. Exceſsit Romæ 1630. præſtanti pietate vir. Reliquit *Epiſtolas* plurimas, & varia *Poëmatia*. Vertit ex Hiſpanico in Italicum ſermonem, *Vitam B. Aloyſij Bertrandi Ordinis Prædicatorum*, à Bartholomęo Auignonio ſcriptam, & editam Typis Ciacconi 1623. in 8.

Scherzo, ouero la Vittoria della ragione contro il ſenſo.

Del riconoſcere le Scritture per comparatione, Tractatū, cuius teſtimonio vſus eſt Sacræ Romanæ Rotæ Decanus Coccinus.

Del Maſtro di Camera, Opuſculum.

Formularium ad vſum Secretariorum S.R.E. Cardinalium, & Epiſcoporum, in quo omnes ferè materiæ literis patentibus expediendæ reperiuntur.

IVLIVS CÆSAR BRACCINVS Lucenſis edidit Italicè,

1 *Relatione dell'Incendio fattoſi nel Veſuuio alli 16. di Decembre* 1631. ad Hieronymum Cardinalem Columnam. Neapoli per Secundinum Roncagliolum 1631. in 8.

2 *Dell'Incendio fattoſi nel Veſuuio alli 16. di Decemb.* 1631. *e delle ſue cauſe & effetti*. Neapoli apud eundem 1632. in 4. In eodem Tractatu pag. 21. promittit,

Ita-

Italicam Hiſtoriam vnius ſeculi.

IVLIVS CÆSAR RECVPITVS Neapolitanus è Societate Ieſu edidit,

1 *De Veſuuiano Incendio Nuncium*. Neapoli ex Regia Typographia Ægidij Longi 1632. in 4. Et Italicè,

3 *Predicha della B.M.Tereſa, fatta cõ l'occaſione della Beatificatione*. Neapoli apud Iacobũ Longũ 1614. in 4. Editurus eſt,

Plures alias *Conciones*, &,

Tomos Theologicos X. quam primùm tamen,

Primum *De Deo vno*.

IVLIVS CENCIVS Sacræ Conciſtor. Aulæ, & S. P. Q. R. Aduocatus edidit,

In funere Excellentiſsimi Principis Caroli Barberini, Orationem. Romæ apud Impreſſores Camerales 1630. in 4.

IVLIVS de DOMINICIS Vaticanæ Baſilicæ Benef. edidit,

1 *Poëticam Criſim, tam pro Medicorum laudibus, tam pro ægrotantium ſolatio*. Bracchiani apud Andream Phęum in 4.

2 *Ad Romanas Virgines Sorores dum pro contemptu mundi fortiter decertantes, atque vno ſimùl die Monaſticas ædes ingredientes*, Dithyrambum. Ibidem apud eundem in 4.

IVLIVS LAVORIVS de LAVRINO Caputaquenſis Diœceſis, & Protonotarius Apoſtolicus edidit,

1 *De Iubileo, & Indulgentijs*, Tractatum in duas partes diuiſum. Romæ ex Typographia Alexandri Zannetti 1625. in 4.

2 *Variarum Lucubrationum*, Tom. I. quatuor complectentem titulos. I. *De Comitijs Profanis antiquis, & Eccleſiaſticis Recentioribus in Nouendiali parentatione Romanorum Pontificũ*. II. *De Priſco, & recenti funerandi more*. III. *De Conclaui, & Conclauiſtu*. IV. *De Electione Canonica*. Romæ apud Franciſcum Corbellettum 1628. in fol. Eius præterea memorantur Tractatus abſoluti, & perfecti in Motu proprio Vrbani VIII.

Variarum Lucubrationum, Tom. II. III. & IV.

Examen promouendorum.

Alphabeticum Vtriuſque Iuris.

De Canonizatione Sanctorum, Tractatus.

Breuis Deſcriptio Epiſcopatuum totius Orbis.

Formularium Vniuerſale, Quæ morte præuentus non edidit.

De

De eo Auguſtinus Barboſa. *Nonnullas etiam formulas accepi à Iulio Lauorio Iuris Vtriuſque Conſultiſſimo, & à me multis nominibus commendando. Cuius Formularium Vniuerſale duobus Tomis diuiſum, & innumeras penè in omni materia formulas continens propediè m, vt lucem aſpiciat, expectamus.*

IVO GATTVLA Profeſſor Ordinarius edidit Italicè,

Albido Fauola Paſtorale, Cardinali Barberino. Romæ apud Iacobum Maſcardum 1624. in 12.

IVLIVS PHILIPPELLVS Eugubinus Medicus edidit,

Epiſtolam Apologeticam. Romæ apud Hæredes Bartholomæi Zannetti 1624. in 4.

IVLIVS ROSPIGLOSVS edidit Italicè,

1 *Diſcorſo ſopra il Poema di Franceſco Bracciolini inſcritto, Della Elettione di Vrbano VIII.* impreſſum cum eodem Bracciolino.

2 *Diſcurſum Academicum*, inter alios editos Venetiis.

Editurus eſt,

Orationum Latinarum, volumen.

Diſcurſuum Academicorum, volumen.

Parallelo fra la Politica, e la Medicina.

Drammi Muſicali, con altre Poeſie, volumen. Illum commendant Gaſpar Scoppius, & Lopes de Vega.

IVLIVS SOLIMANNVS Societatis Ieſu edidit,

Elogia Ducum, Regum, Interregum, qui Boëmis præfuerunt, impreſſa in Germania in 4.

L

LÆLIVS GVIDICCIONVS edidit,

1 Elegiam *In Tuſculanam amœnitatem.* Romæ apud Hæredem Bartholomæi Zannetti 1622. in 8.

2 *De Vrbano VIII. ad Summum Pontificatum euecto*, Elegiã. Ibidem apud eundem 1624. in 8.

3 *De Paulo V.* Orationem. Ibid. apud eundem 1623. in fol. Italicè verò,

4 Or-

4 *Ottaue Rime, nella Canonizatione di S. Carlo Borromeo Cardinale di S. Praſſede*. Mediolani apud Hieronymum Bordonum 1610. in 4. ſub nomine Caroli Aurelij.

5 *Ottaue, nelle Nozze delli Signori M. Antonio Borgheſi, & Camilla Vrſina* Viterbij apud Diſcipulos 1619. in 4. De quibus hæc Laurus in Orcheſtra, Guidiccionus *à Muſis ſeſquidecennali ſomno penè marcentibus, idem impetrauit, cum vernacula buuina cantus exſuſcitaſſet, & leuiſſima rotunda Poëſeos aura reſonuiſſet*.

6 *Breue Racconto della Traſportatione del Corpo di Papa Paolo V. dalla Baſilica di S Pietro à quella di S. Maria Maggiore*. Romæ apud Hæredes Bartholomæi Zannetti 1621. in folio. Pleraq; habet penès ſe ſoluta, & ligata oratione, Latina, Hetruſcaq; lingua perfecta, quę nondùm lucem viderunt. Inter ea non minoris momenti ſunt, Latina ſoluta oratione,

De Paſsione Domini.

De Electione Summi Pontificis.

Vita Pauli V. Compendio ſcripta.

Concio ad Vrbanum VIII.

An literatis noſtri temporis, neceſsè ſit Græcam linguam tenere, Diſceptatio.

Reſponſio ad Iuſtum Lipſium pro Terentio.

Iudicium ſuper Mercurio Trilingui Gaſparis Scioppij.

Inſcriptiones variæ, tàm vetuſtæ latinitatis, quàm recentioris.

Iudicium de Latinis Scriptoribus.

Exploſio nonnullorum Carminum Virgilio appoſitorum.

Latinarum Epiſtolarum, volumen. Ligata,

Elegiarum, volumen.

De varijs Poëticæ muneribus, & ſpeciebus.

Ad buſta Virgilij Sacrum.

Alexandri Cardinalis Montalti poſthumum funus.

Epigrammatum, volumen. Hetruſca verò,

Diſcorſo ſopra la Corte.

Cinque Diſcorſi al Sig. Virgilio Ceſarini, tre ſopra Virgilio, e doi ſopra Ceſare.

Elogio di Virgilio.

Parere ſopra l'Arioſto, & il Taſſo.

Di-

Diſcorſo, che ſecondo Ariſtotele preuaglia l'Epico al Tragico.
Cenſura de' Poeti al Sig. Chriſtoforo Guidiccioni.
Diſcorſo della ſolicitudine di Paolo V. ſopra la Pace d'Italia.
Diſcorſo ſopra la ſeconda Filippica di Cicerone.
Diſcorſo ſopra l'Iſtoria Toſcana.
Diſcorſo ſopra l'Amore.
Diſcorſo ſopra la Muſica.
Diſcorſo ſopra il Sacerdotio.
Relatione ſopra l'Abbate Glicerio Landriano.
Diſcorſo ſopra l'antico Tuſculano.
Parallelo fra Virginio Ceſarino, e Giouanni Pico.
Oratione funebre in morte di Monſig. Aleſſandro Guidiccione.
Ragionamento nella Chieſa di S. Croce.
Lettere Volgari, più libri. Carmine,
Poeſie Toſcane, parti tre.
L'Eneide di Virgilio tradotta in verſo ſciolto. Victorellus in Recenſione, *Lælius Guidiccionus politus Latinorum Carminum artifex, Ciceronianæ puritatis, & artis benè dicendi ſectator, Pont. Max. Pauli V laudes culta Oratione celebrauit, Hetruſcè quoque idiomatis Scriptor eſt eruditus. Quæ extant opera Auctoris, quem Laurus in ſuum Catalogum cooptauit, ingenium indicant.* Et alij plura de eo,

LATINVS PAGANVS VRSINVS Romanus Ordinis Prædicatorum edidit,

Laudationem D. Thomæ Aquinatis. apud Grignanum 1633.

LAVRENTIVS AZZOLINVS edidit Italicè,

Stanze, in Nuptijs DD. Thaddæi Barberini, & Annæ Columnæ. Romæ apud Impreſſores Camerales 1629. in 8.

LAVRENTIVS EMPOLVS, Theologus, & Procurator Generalis Ordinis Eremitarum S. Auguſtini edidit,

Compendium Bullarum Pontificiarum ad ſuum Ordinem ſpectantium. Typis Cameræ Apoſtolicæ 1629. in 4.

LAVRENTIVS GVIDOTTVS edidit Italicè,

1 *Il Boſco Comedia Boſcareccia.* apud Grignanum in 12.
2 *Duello d'Amore, e Fedeltà.* apud eundem 1622. in 12.
3 *Imbriachezza d'Amore, Comedia.* apud eundē 1625. in 12.
4 *Catena del Diuino Amore.* apud eundem 1629.

5 *Sde-*

5 *Sdegno d'Ingiuſto Amore*. apud eundem in 12.

6 *Li Doi Banchi Pratica allegorica*. apud eundem in 12.

LAVRENTIVS SCALABONIVS Rauennas Ordinis S. Auguſtini edidit Latinè,

1 *Moralia in Paſsionem Domini*, Tom.II. Rauennæ Primum anno 1629. Secundum anno 1625. in 4.

2 *Lectulum Salomonis*, hoc eſt, *De doloribus*, *& gaudijs Beatæ Mariæ Virginis*. Rauennæ 1628. in 4.

3 *Harmonicorum ſeptenarium*, nempè *De ſeptem verbis Domini in Cruce*, cum tribus alijs Opuſculis. Ibidem 1628. in 8. Italico verò ſermone,

4 *Affettuoſi Colloquij dell'anima fedele, cioè, Apoſtrofationi alle membra ferite del Signore, & a' ſtromenti della di lui Paſſione*. Bononiæ 1609. in 16. Recuſum Rauennæ cum additione nonnullorum *Soliloquiorum*.

5 *Il Monte Sina, cioè dell'Oratione Mentale*. Ibid. 1616. in 8.

6 *Corona delli XII. Apoſtoli, doue ſi tratta del Simbolo della Fede*. Rauennæ 1629. in 16.

7 *Settimana Spirituale*. *Supplica Spirituale*, Opuſcula. Rauennæ. Editurus eſt,

Hortum Prædicantium, ideſt, Morales Annotationes, & Paraphraſeì in Euangelia, & Epiſtolas totius Quadrageſimæ.

Sacri Præconis licentiam, hoc eſt, De humanioribus literis à Catholico Concionatore adhibendis in ſuo ſermone ſacro.

Cœleſtis Sponſi Thalamum, ideſt, De aduentu Domini in carnè ſuſcipiendi à Fidelibus in anima myſtico Thalamo.

LAVRENTIVS VRSELLIVS Foroliuienſis edidit,

Examen Apum, ſiuè Concluſionum legalium, quæ ingenioſè delibatæ fuerunt, ex floſculis Deciſionum legalium totius Orbis, & præcipuè Romanæ Rotæ, quæ aut Typis impreſſæ, aut Manuſcriptæ leguntur, Tom.I. Romæ ex Typographia Andreæ Phæi 1632, in fol. Opus hoc abſoluetur, vt ait Auctor ad Lectorem, decem gemellis voluminibus, quorum iam quatuor prœlo premuntur, ſex, quæ ſequuntur, de ſuo clauſu omen, & fortunam factura.

LEANDER GALGANETTVS I. C. Collenſis ad præſens Iudex Appellationum, & Nullitatum edidit,

1 *De*

1 *De Conditionibus, & Demonſtrationibus, modo, cauſa, & pœna*, Tractatum. Venetijs apud Iunctam 1609. in fol.

2 *Gloſſas ad Statuta Almæ Vrbis Romæ auctoritate Gregorij Papæ XIII. à Senatu, Populoq; Romano edita, & reformata*. Romæ apud Camerales 1611. in fol.

3 *De Tutela, & Cura, Tutoribus, & Curatoribus*. Venetijs apud Iacobum Sarſinam 1617. in fol.

4 *De Differentijs indiuiduorum Vtriuſque Iuris*. Romę apud Guillielmum Facciottum 1609. in 4.

5 *De Iure publico, ſiuè de Legibus, & Magiſtratibus Secularibus, & Regularibus. De Iudicijs publicis, & priuatis. De Pontifice, Imperatore, & Fiſco. De re militari, & Ciuitate. De muneribus, & honoribus*. Venetijs apud Iunctas 1623. in fol.

6 ſuppreſſo nomine, *Syntagma communium opinionum, ſiuè receptarum Vtriuſque Iuris ſententiarum* Tom. IV. Auguſtæ Taurinorum apud Ioannem Dominicum Tannum 1595. in fol.

Scripſit præterea, ſed non edidit,

De remedijs ordinarijs, & extraordinarijs Vtriuſque Iuris.

De Simplici & mixto & an ſub ſimplicibus mixtũ cõtineatur.

Additiones de differentijs indiuiduorum Vtriuſque Iuris diuini, & humani, necnon vſuum Feudorum recondita antiqua, & nouæ Iuriſprudentiæ, opus eruditione refertum, & Alphabetico ordine digeſtum.

LEO ALLATIVS edidit à ſe verſa è Greço in Latinã linguã,

1 *Catenam SS. Patrum in Hieremiam Prophetam.*

Expoſitionem S. Ioannis Chryſoſtomi in eundem Prophetam.

Homilias VIII. Origenis in eundem Prophetam.

Maximi Confeſſoris Quæſtionem in eundem Prophetam, primus Græce, & Latine Lugduni apud Laurentium Durantium 1623. in fol. cum Commentarijs in eundem Prophetam Ghiſlerij.

2 *Euſtathij Archiepiſcopi Antiocheni in Exahemeron.*

Eiuſdem de Engaſtrimytho in Origenem, Diſſertationem.

Origenis de Engaſtrimytho in I. Regum Homiliam. Primus Græce, & Latine. Addidit,

In Euſtathij Exahemeron, *Notas vberiores, & Collectanea.*

Et ſuum, *De Engaſtrimytho Syntagma*. Lugduni apud Laurentium Durantium 1629. in 4.

3 *Menu-*

3 *Monumentum Adulitanum Ptolemæi III. Aegyptiorum Regis*, Græcè, & Latinè. Romę apud Maſcardum 1631. in 4.

4 *Iatro Lauream Gabrielis Naudæi Pariſini* Græco Carmine inauguratam, Latinè reddito à Bartholomæo Tortoletto, & Ioanne Argolo A. F. Romæ apud Maſcardum 1633. in 8.

5 Iubente Vrbano VIII. Pont. Opt. Max. edidit, *Commentationem in Ioanna Papiſſæ Fabulam*. Romæ apud Typographos Camerales cum Ciaccono in folio, & ſeparatim in 4.

6 Curauit, vt ederetur Iulij Cæſaris Lagallæ ſummi noſtro æuo Peripatetici, *De Cœlo animato*, Diſputatio: Typis Vœgelianis 1622. in 4.

7 Eius ſtudio addita eſt, *Mantiſſa ad Opera Sancti Anſelmi Epiſcopi Cantuarienſis*. Lugduni apud Laurentium Durantium cum aliis S. Anſelmi Operibus.

8 *Odem Vrbani VIII. Exhortatoriam ad Virtutem* Franciſco Barberino fratris F. dictã, carmine Pindarico Græco exprimere conatus eſt, impreſſam cum libello eiuſdem de Viris Illuſtribus.

9 Multas *Libanij Orationes*, nondùm nec Græcè, nec Latinè editas, Morello Lutetiam miſerat, vt ederentur, quas ille ſuppreſſo Allatij nomine, ſub Codicis Romani titulo publicauit. Quod ſubindicandum eſſe cenſui, vt ſciant rei Literariæ ſtudioſi, politiſsimas orationes, Leone illas Typographis ſuggerente, cuſas fuiſſe.

10 *De Viris Illuſtribus, qui ab anno MDCXXX. per totum MDCXXXII. Romæ fuere, & typis aliquid ediderunt*, Syntagma, Romæ apud Ludouicum Grignanum 1633. in 8.

11 Liber primus Eiuſdem *Variorum Antiquorum* iam ſub prœlo cœpit videre lucem. Exhibentur in eo varia Scriptorum priſcorum monumenta Græcè, & Latinè ad Hiſtoriam illuſtrandam, nunquam anteà euulgata, & ea præcipuè, nimirùm,

Himerij Sophiſtæ *Declamationes XX.*
Philonis Byzantij *De Septem Spectaculis.*
Adriani Sophiſtæ *Declamatiuncula.*
Arriani *Ponti Euxini Periplus.*
Libanij Sophiſtæ *Narrationes.*
Heracliti *de Incredibilibus.*
Ioannis Antiocheni *Archæologia.*

M Theo-

Theodori Gazæ *de Origine Turcarum*.

Leonardi Aretini *de Repub. Florentinorum*.

Ioannis Canabutij *de Inſula Samothracia*, *& Dijs Troicis*. Omnia ab eodem Allatio verſa in linguam Latinam. Adnectentur eiuſdem Opuſcula.

De Philonibus, *Diatriba*.

In Philonem Byzantium, *Nota*.

In Ptolomai Euergeta Monumentum Adulitanum, *Nota*.

De Menſura Temporum Antiquorum, *& pracipuè Gracorum*.

De Patria Homeri.

Natales Homerici, carmine elegiaco Græco, Interprete Andrea Baiano, & nonnulla alia. Habet præterea multa partim perfecta, partim inchoata, in quibus elaborandis totus eſt. Scribit enim quotidiè, dum poteſt, & valet: in quibus illa præſertim ſunt.

Bibliotheca de Scriptoribus Gracis Prophanis.

Bibliotheca de Scriptoribus Gracis Eccleſiaſticis.

Commentarij in Libellum Longini, de ſublimi genere dicendi, *cum noua Verſione*, *& Notis Cenſorijs*.

Homerus à Calumnijs vindicatus.

Exercitationes, *contrà Recentiorum calumnias in antiqui aui Scriptores*, *& lumina*.

De fine Temporum.

De Differentijs Gracorum, *& Latinorum*, *in Caremonijs Eccleſiaſticis*, *& Fide*.

Conciliorum Ferrarienſis, *& Florentini Acta*, *Notis*, *& Animaduerſionibus illuſtrata*.

In Libros Grac. Eccleſiaſtic. Triodion, & Pentecoſtarium, *Cēſio*.

De Schiſmate Gracorum Hiſtoria.

Eccleſia Orientalis Hiſtoria.

De Melodis Gracorum.

De Fine vita Ioannis Euangeliſta.

De Ptolomais Aegypti Regibus.

Anachroniſmus, Carmine Elegiaco Græco.

Hiſtoria Aſtrologica.

De Erroribus Magnorum Virorum indicendo, Diſſertatio.

De Poëtica Exercitationes aduerſus Hypercriticos recentiores.

In

In Ariſtotelis Hymnum Hermiæ dictum, Commentarius.
De Magnete, lib. III.
De Mandragora, lib. I.
In Pſelli Libellum de Mirabilibus Auditionibus, Schediaſma.
De Pſellis, Diatriba.
De Conſcribendis Epiſtolis.
Vetus Tacito Lectio reſtituta.
De Aedificijs Pauli V. Curatore viarum, & aquarum Lælio Biſcia ex Clerico Camerali nunc S. R. E. Cardinali.
Vita Iulij Cæſaris Lagallæ.
De Aetate, & Interſtitijs in collatione Sacrorum Ordinum etiam apud Græcos ſeruandis.
Carminum Græcorum Sylua.
De Academijs Orbis, & earum inſtitutione. Vertit itẽ è Græco.
Hiſtoriam Georgij Abbatis, qui Hamartolus vocari gaudet, ab Exordio mũdi ad Imperiũ Michaëlis Theophili F. Imperatoris.
Socratis, & aliorum Socraticorum Epiſtolas.
Procli Paraphraſim in quatuor libros Ptolemæi.
Ioannis Chryſoſtomi, & *Photij Patriarchæ C. P. Explicationes in Euangelia Matthæi, Ioannis, & Lucæ*, nunquam anteà editas nec Græcè, nec Latinè. Opus ſingulare.

Nunc illuſtrat librum B. Alani, *de Cõplanctu Naturæ*, & alia. Librum Primum *Variorum* ſequentur alij IX. in quibus multa antiquitatis monumenta, quæ in Bibliothecis latebant, vnà cum eiuſdem Allatij *Tractatibus*, & *Notis* vſui publico vulgabuntur. Meminêre illius Viri docti, nimium in eius ſtudia affecti, Andreas Baianus in Itinerario Lauretano; Michaël Ghislerius Comment. in Hieremiam Prophetam Tom. I. in Præfat. cap. 6. Andreas Argolus in Nouis Cœleſtium motuum Ephemeridibus ex Tychonis Obſeruationibus, Inſtructione ad Lectorem; Andreas Victorellus Additionibus in Ciacconium, De vitis Pontificum, pluribus locis, & in Recenſione, Volradus Pleſſeus Heidelbergenſis in Aiace cap. 13. Gabriel Naudæus in Diſcurſu Gallico de Incendijs Montis Veſuuij, & in Bibliographia Politica, Petrus Caſtellus Medicus in Tractatu Italico de Incendio Montis Veſuuij, Theophilus Raynaldus Societatis Ieſu in Præfat. ad Lectorem in Mantiſſa S. Anſelmi, & in Præfat.

Meditationum, Manualis, aliorumq; Aſceticorum eiuſdem Anſelmi, Michaël Ioannes Vim-Bodinus in Diſputatione Sacro-Hiſtorica de S.Anglina Virg.& Mar.Valētina,Iacobus Philippus Camola in vita Io.Baptiſtę Marini, Iacobus Philipus Tomaſinus in Commentario de vita Petrarchæ, Io.Rhodius Danus Carmine de Honoribus meritiſſimis Gabrielis Naudæi. Leguntur in eum elegantiſſima carmina Laurentij Pignorij, Ioſephi Marię Suareſij, & Italica Antonij Bruni in tribus Gratijs, & in Veneribus, Flauij de Fliſco in Poëmate Valtellina dicto, & Nicolai Villani in Pareche ſi. Quanti illum pro ſua ipſorum humanitate, fecerint ſummi Viri, Petrus Ludouicus Epiſcopus Tricaricenſis, Martinus Sandellus, Ioannes Thuillius, Ioannes Baptiſta Paſſerus Genua, Fortunius Licetus, Franciſcus Molinus Canonicus Patauinus, Bartholomæus Vecchius I.C.Senēſis, Antonius Caracciolus, & Frāciſcus Marinus Clerici Regulares, Gaſpar de Simeonibus, Laurentius Pignorius, Flauius de Fliſco, Io. Argolus A. F. Siluester Petra-ſancta, Caſpar Geuartius, Petrus Gaſſendus, Bartholomæus Tortolettus & alij, eorū autographæ Epiſt. ad Familiares, & ad ipſum datæ indicium faciunt. Laudes, & Encomia, quæ in eis ſunt, iam noui omnia eſſe οὐ κατ' ἐμὲ, ἀλλ' ὑπὲρ ἐμὲ. Sunt ad prętantiſsima quęque adhortamenta, quibus pectus torpeſcens excitant, atque ſtimulant ad laboris iter percurrendum. Non ita cęcutio, vt ingenij mei facultatem ignorem: ſat meę mihi innotuēre exiguę, atque infirmę vires in prompto, ac plura molienti animo. Pudet verò magnorum Virorum ad Allatium Epiſtolas, amoris, & officij plenas, ac tantùm meis ſtudijs ſummoperè depredicandis ſcriptas, hic vel κατ' ὄναρ adijcere. Illas ergò, quamquàm luce digniſſimas, & qualibet nitidiſſima gemma prætioſiores, modeſtiæ, ac moderationi vt conſulam, mihi, ac tenebris meis reſeruo: non ita tamen vt Viros humaniſsimos, & de rebus meis optimè meritos innominatos prætereā. Eo igitur me honore affecerunt præter eos, quos ſuprà recenſui, Matthæus Raderus, Gottardus Vægelinus, Helias Heingerus, Renatus Moræus, Ioannes Bourdellotius, Gabriel Naudæus, & alij, ne nimius ſim, accuratiſsimi politioris literaturę cultores, quorum non paucas, de alienis tantùm laudibus differentes, huic meo Libello inſerui.

LEO

LEO SANCTIVS Senenſis Societatis Ieſu edidit,

1 *Encyclopadiam explicatam, defenſam centum Philoſophicis aſſertionibus*. Romæ apud Maſcardum 1624. in fol.

2 *Solarium Gregorianum, ſiuè de Beneficijs quibus Gregorius XIII. Solis inſtar vniuerſum terrarum Orbem illuſtrauit, Laudationem*. Viterbij 1618. in 4. Et Italicè ſuppreſſo nomine,

3 *Il Gigante, rappreſentato nel Seminario Romano*. Romæ apud Franciſcum Corbellettum 1632. in 16.

LEONARDVS DVARDVS Abelinenſis Clericus Regularis edidit inſigne opus,

Commentariorum in Bullã, quæ in die Cæna Domini legi ſolet. Mediolani apud Impreſſores Archiepiſcopales 1619. in fol. ad Fridericum Cardinalem Borromæum, in cuius Archiepiſcopali Mediolanenſi Eccleſia diù Pœnitentiarij munus obierat. Molitur aliud opus *de Cenſibus*.

LVCAS CASTELLINVS Fauentinus, ex Procuratore, & Vicario Generali Ord. Prædicatorum Epiſc. Cathacenſis edidit,

1 *De Electione, & Confirmatione Canonica Prælatorum quorumcunque, præſertim Regularium*, Tractatum. Romæ apud Hæredes Bartholomæi Zannetti 1625. in fol.

2 *Elucidarium Theologicum de certitudine gloriæ Sanctorum Canonizatorum*, ad Vrbanum VIII. apud Facciottũ 1628. in fol.

3 *De Inquiſitione Miraculorum in SS. Martyrum Canonizationem*, ad Card. Spadam. Romæ apud Maſcardum 1629. in 4.

4 *De dilatione in longa annorum tempora magni, arduique negocij Canonizationis Sanctorum*. Neapoli apud Octauium Beltranum 1630. in 4. Tradet impreſsioni,

Diſputationes Theologicas in quibus ſelectæ difficultates de Sacramentis, præſertim de certa qualitate Verborum forma Sacramenti Pœnitentiæ, eiuſdemq; fructu, & adminiſtratione.

LVCAS HOLSTEINIVS Amburgenſis,

1 *Porphyrij Philoſophi, de vita Pythagoræ*.

Eiuſdem Sententias ad intelligibilia ducentes.

Eiuſdem de Antro Nympharum, quod in Odyſſea deſcribitur, Latinè à ſe verſa cum Græco textu edidit,

Cum *Diſſertatione, de Vita, & Scriptis Porphyrij*,

Et *ad Vitam Pythagoræ Obſeruationes*, quas propter lon-

gum iter in vltimam Sarmatiam abſoluere non potuit. Romæ Typis Vaticanis 1630. in 8.

2 *Endecaſyllabos*, in Nuptijs DD. Thaddæi Barberini, & Annæ Colũnæ. Romæ apud Camerales 1627. in 4. & 1629. in 8.

3 *Notas in Euſebij Cæſarienſis libellum cõtra Hieroclem*, impreſſas cum Euſebij Operibus, Pariſijs.

Geographos antiquos illuſtrat. Hunc *doctiſſimum itineris ſui Italici comitem* vocauit Philippus Cluuerius Ital. Antiq. lib. 2.

LVCAS VADDINGVS Hibernus Vaterfordienſis Ordinis Minorum edidit,

1 *Annalium Minorum*, Tom. I. Lugduni apud Claudium Landry 1625. in fol.

2 *Annalium Minorum*, Tom. II. apud eundem 1628. in fol.

3 *Annalium Minorum*, Tom. III. apud eundem 1632. in fol.

4 *Opuſculorum S. Franciſci*, lib. III. quibus *Commentarios* addidit *Aſceticos*. Antuerpiæ apud Plantinum 1623. in 4. Salmanticæ, Alexandriæ, & alibi.

5 *Apologeticon, de prætenſo Monachatu Auguſtiniano Beati Franciſci*, in quo deteguntur, & refelluntur varij errores ex hac vna Cõtrouerſia exorti. Madriti apud Thereſiã Iũctã 1625. in 4.

6 *Legationem Philippi III. & IV. Hiſpaniæ Regum ad Sanctiſſimos DD. Paulum V. & Gregorium XV. & Vrbanum VIII. pro definienda Controuerſia Conceptionis B. M. V.* Louanij apud Henricum Haſtenium 1624. in fol.

7 *Concordãtias Morales S. Antonini de Padua*, cũ *Prõptuario Morali cuiuſdam Anonymi*. Romę apud Ciacconum 1624. in 4.

8 *De Hebraica linguæ origine, præſtantia, & vtilitate*, ad ſacrarum literarum Interpretes, Opuſculum præfixum Concordantijs Hebraicis IV. voluminibus editis à Mario Calaſſio. Romę apud Stephanum Paulinum 1621. in fol.

9 Commentarios Angeli à Pas Minoritæ Perpinianenſis III. Tomis, *in Marcum, & Lucam*. Romæ apud Alphonſum Ciacconum 1623. in fol. Reliqua eius opera daturus quinque alijs voluminibus. Nondùm prodierunt,

Annalium Minorum, reliqui Tom. V.

Vita Clementis VIII. Leonis XI. Pauli V. Gregorij XV. & Vrbani VIII. & omnium Cardinalium ab his creatorum.

I DE

Opuſcula I. *De Baptiſmo B.V.* II. *De Redẽptione eiuſdẽ.* III. *De Morte eiuſdẽ.* IV. *De mente SS. Patrũ circa eiuſdem Conceptionẽ*, vnà cum legatione edentur Louanij. Eius cum laude meminerunt, Ioannes Tomcus in Columba Sacra de Regula S. Columbani. *Accepimus illam à præclaro Eccleſiaſticarum rerum indagatore, ſacræq; Hiſtoriæ eruditiſsimo Profeſſore Luca Vaddingo Minorita, æquè familiæ, ac Hiberniæ ſuæ patriæ ocello, quam ſe pridem ab Abbate Bobienſis Cœnobij, ſepultura S. P. Columbani nobiliſsimi, ex antiquo Archiuio eiuſdem S. loci, licet hodiè à Benedicti diſciplina Monachis inculti tranſmiſſam acceperat.* Franciſcus Viuarius in Apologia pro Chronico Flauij Dextri §. 3. *Magnoperè contulit S. Petri in Monte Aureo Bibliotheca, in quâ velut in domo propria benignitate Auctoris ipſius quotidiè ferè labori meo incumbebam, conſilio, ac iudicio adiutus Reuerendi admodùm P. Lucæ Vaddinghi S. Theologiæ Prælectoris, ac totius Seraphici Ordinis Archi-Chronographi, cuius Bibliotheca ipſa eſt: & multa, variaq; opera, quæ partim edita, partim quantociùs edenda præ manibus habet, ingentem illi parturiunt gloriam, & honorem.* Victorellus in vita Gregorij IX. in opere Ciacconiano ſcribit, *multa, & immortalia ſunt in Seraphicum Ordinem Gregorij IX. merita, quæ ne obliuione obliterentur, efficient, multorum, noſtroq; æuo præclari Lucæ Vaddinghi labores.* Et in vita Innocentij IV. *exſcripſit Vaddingus ſpectatæ pietatis, & eruditionis Theologus.* Et in Recenſione, *Lucas doctrina Theologica, & alia imbutus eruditione, Seraphicos Annales ingẽti labore, nouo ordine, laudabili induſtria compoſuit.* Et Vim-Bodinus antiquitatis Eccleſiaſticæ Valentinæ vindex, in Hiſtoria Eccleſiaſtica Valentina in S. Ludouico Conf. *Rea præſsè, & eleganter vt omnia, Vaddingus diffusè, ac temporum ſeruato ordine in Chronico Minorum Diuum expreſsis coloribus pingit: Vir laborioſus, ac doctus, & de ſua Seraphica Religione ob magnos in illius ſplẽdorem exantlatos literarios labores benemeritus.* Vide præterea Claudium Roberti in ſua Gallia Chriſtiana, Bartholomæum Gauantum in Commentarijs ad Rubricas Miſſalis, & Breuiarij, & alios.

LVDOVICVS CENTOFLORENIVS I.C. edidit, *An idem locus ſit verè Ciuitas, quãuis ſede Epiſcopali careat,*

Diſputationem, in Collectaneis Auguſtini Barboſæ. Et Romæ apud Ludouicum Grignanum 1630. in 4.

LVDOVICVS CRESSOLIVS Armoricus è Soc. Ieſu, emiſit,

1 *Vacationes Autumnales*, cuius operis materia eſt, Perfectus Orator in agendo, in tres libros diſtributa, in quibus illigatæ ſunt, Diſputationes curioſæ, & amœnioribus doctrinis illuminatæ, quæ delectant, & illuſtrant eloquentiam.

2 *Theatrum Sophiſtarum*, quo illorum varietatem, vim in dicendo, in docendo conſuetudinem, ſtylum, mores, eruditionem explicauit, illuſtrauit antiquitatem, loca multa bonorum Auctorum correxit. Laudarunt vtrumque opus, libris ſuis præſtantis eruditionis Viri ex eadem quidē Societate Iacobus Pontanus in Philocaliæ Præfat. alijsq; in locis, Dionyſius Petauius in Themiſtium, Ludouicus Lacerda in Aduerſarijs Sacris, & in Tertullianum, alijque. Voce autem, præconioq; ſuo mirificè commendarunt multi hîc Romæ, clariſsimi, doctiſsimiq; Viri, Hieronymus Aleander, Auguſtinus Maſcardus, alij.

3 *Myſtagogus de Sacrorum hominum diſciplina*, in quo delectis, & conquiſitis ex humana, & diuina ſapientia floribus exhornauit Hierarchicam maieſtatem, & Sacrorum hominum mores, pietatem, ſtudia, occupationes, domeſtica ſimùl, & externa, quæ in eorum profeſsione quadrare poſſunt, copioſè proſecutus eſt. Pariſijs in fol. Illud opus tàm auidè exceptum fuit in Gallia, vt propè omnes, qui elegantia doctrinarum capiuntur, illud habere voluerint. Peſtilentes morbi, & bellorum motus impedierunt, ne Liber importari in Italiam, Germaniamque potuerit, vbi pauca tantùm exemplaria ſunt viſa.

4 Iam prœlo committitur aliud eiuſdem opus, *De ſelectis piorum hominum virtutibus*, quod decadem vnam complectitur. Qui legerunt, prius quàm Bibliopolæ traderetur, plurimi illud fecerunt, & inprimis Reuerendiſs. S. Pal. Apoſt. Magiſter acre illud, & rectum iudicium, qui teſtatus eſt, ita ſibi placuiſſe, vt auelli à legendo vix poſſet.

LVDOVICVS DVLCEBENIVS Societatis Ieſu ex lingua Latina, & Vlyſsiponenſi in Italicam vertit,

Literas annuas Chinæ, & Aethiopicas MDCXXIII. & MDCXXXII. Romæ editas apud Corbellettum in 8.

Ex

Ex Latina item editioni parat,

Compendium Meditationum P. Ludouici de Ponte à ſe verſum. Vir cognomine ſuo dignus.

LVDOVICVS LEPOREVS edidit,

1 *Artem Poëticam Horatij*, carmine Italico. Romæ apud Franciſcum Corbellettum 1630. in 8.

2 *Deſcrittione della Villa di Borgheſe*. in 4.

3 *Panegirico*, in Nuptijs DD. Barberinorum.

LVDOVICVS MORVS edidit Italicè Comędiam, *Gli Eſtinti Furori*. Romæ apud Caballum 1628. in 12.

LVDOVICVS de la VALLE Bartinorenſis Hiſpanus in Curia Romana Aduocatus edidit,

De Auctoritate, & facultate in cauſis Spoliorum Illuſtriſſimi Domini Delegati in Regnis Hiſpaniarum. Ianuæ 1623. in 4.

Nunc editioni paratas habet,

Additiones ad Deciſiones D. Ludouici de Mançanedo Rotæ Auditoris in Romana Curia.

M

MANFREDVS MALDENTVS edidit Italicè, *La Face d'Himeneo*, in Nuptijs DD. Thaddæi Barberini, & Annæ Columnę. apud Camerales 1629 in 8.

MARCELLVS IOVANETTVS Aſculanus edidit Italicè,

1 *Rime Compartite in Affettuoſe, Boſcareccie, Nuttiali, Eroiche, Sacre, Varie*.

Luſit etiam carmine Latino dum *pulchra dormientis deſcriptionem* Elegiaco carmine expreſsit. Romæ apud Franciſcum Corbellettum 1626. in 12.

2 *Sopra vn'habito donato dalla Signora Prencipeſſa di Venoſa al Sig. Prencipe Ludouiſio*, Idyllium. Romæ apud Impreſſores Camerales 1622. in 4.

3 *Vita di S. Emiddio Martire, primo Veſcouo, e Protettore della Città d'Aſcoli*. Roncilioni apud Grignanum 1631. in 4.

Reliquit Tractatum,

De tranſlatione Penſionis.

MAR-

MARCELLVS MANSIVS ex benè moriendi Miniſtris edidit Italicè,

Vita di Gio. Ceruſo detto Litterato. Romæ apud Ludouicum Grignanum 1621. in 8.

MARCELLVS MEGALLIVS Squillacenſis Clericus Regularis Sereniſsimæ Iſabellæ Infanti Sabaudiæ, ac Principi Mutinenſi à Confeſsionibus edidit,

1 *Inſtitutionis Peregrinorum*, Tom.IV. Mutinæ apud Iulianum Caſsianum 1618. & 1621. in 4.

2 *Conſiliorum*, Tom.I.apud eundē 1621. in 4. Italicè etiam,

3 *Confeſſionale ad examinandas conſcientias*. Ibidem apud eundem 1615. in 12.

4 *Conſiderationes in Euangelia Dominicalia, & ſolemnitates anni*. Ibidem apud eundem 1625. in 8.

Eius Inſtitutionum Peregrinorum, Tom.IV. in compendium redegit Baltaſſar Cominciauus Mutinenſis. Ibid. in 12. Scripſit,

Vitam Iſabellæ Infantis Sabaudiæ. Molitur,

Memoriale caſuum Conſcientiæ, Tom.III. qui lucem vidiſſent, niſi peſtis Mutinam graſſata impreſſionem interrupiſſet.

MARCVS ANTONINVS Maceratenſis olim Federici Cardinalis Borromæi Vicarius Generalis edidit,

Varias practicabilium rerū reſolutiones, in tres libros digeſtas. Romæ apud Andream Phæum 1629. in fol.

MARCVS ANTONIVS BASSVS Veliternus edidit Italicè,

L'Amor Fido, Comedia Ciuile. apud Grignanum 1633. in 8.

MARCVS ANTONIVS PETILIVS Monte-Coruinas, Iuris Conſultus Neapolitanus edidit,

Exarchia, ſiuè, *de Exteriori Principis munere*, lib.X. Coloniæ Agrippinæ apud Antonium Boëtzerum 1620. in 4. Vir indefeſsi ſtudij, & laboris. Scripſit namque pleraq; alia propediem edēda,

Eſarchiam, *ſiuè de Sanctioris Principis numine*, lib. X.

Commentaria Politica, lib.X.

Conſtitutionum Pontificiarum Epitomen, lib.XIII.

De Iure ex arte digerendo, Commentarium.

Lexicon Græco barbarum à Nicolao Rigaltio exortum, à Ioanne Meurſio contextum magnoperè illuſtratum, & dimidio auctū.

Apologeticum, lib.IV. *de Reliteratione, ſiuè de Anagrammatiſmo*,

tiſmo, & de Siſrarum loquendi, ſcribendiq; origine.

De Eccleſiaſtica, & Politica poteſtate, ad Synonymum Incerti libellum, reciprocatio dictorum.

De Magiſtratibus hodiernis Aulicis, & forenſibus cum antiquis comparandis, &c.

Notæ Orthodoxæ tùm in caſus aliquot conſcientiæ, vt vocant, *tùm in diuerſos, Neotericos maximè auctores.*

Subceſiua libris multis diſtinguēda, inter quę ſingulares occupāt

Onomatopœia, ſiuè de Nominum imponendorum ratione.

De Orthographia, & inexpungendi modo.

De Veteri vtriuſque linguæ pronunciatione.

Autotechnie, ſiuè Artium inuentarum Index Chronicus.

In ſacros Hymnos, & Orationes aliquot Notæ Apologeticæ.

Melittetymologia, vbi nomina rebus omnia à Deo, ſuorum operùm inſcriptiones, inſita eſſe, ex vno Apis tramite explicato trilingui, hieroglyficè tamen quaſi digito demonſtrantur.

De Cœna Domini, & eſu agni ad Hieronymum Vecchiettum.

Fabulæ de Ioanne id nominis IIX. Papa parturiente, ratio.

De Paradiſi Terreſtris inopina quaſi notitia, lib. III. Hieroglyphica expoſitione differti. Opus non minùs ad Italiæ commendationem, quam ad Romanæ Eccleſiæ tuitionem natum.

Congener huic, *De Militantis Eccleſiæ conflictu*, vbi ſummam humani generis more ſuo, modòq; gubernandi curam, vni Sacerdoti à Deo demandatam eſſe: Principem illi ad externa in adiutorium datum: Obiter Paradiſum Terreſtrem Eccleſiaſtici prætorij aleam in Romano ſolo fuiſſe: Primam linguam omnibus vnam, quæ nunc trina Hebraica, Græca, & Latina, Hieroglyphica expoſitione omnia, ex trinæ ipſius linguæ circuitu.

Eccleſiaſticæ Communionis progreſſus, quod eſt Exarchiæ recognitæ libri II. Cap. X. Vbi quæ facultas ad Temporaria bona Pontifici Maximo inhæreat, è ſola, vt par eſt, Euangelica doctrina, modò tamen ſuo, ideſt, Hieroglyphicè declarata, methodo certa deducitur. Poſſent & in volumen referri aliqua ex Græco exercitij gratia facta Latina, vt,

Cteſiæ Cnidij de Rebus Perſicis, & Indicis.

Agatharchides de Mari Rubro.

Theognidis Paræneſis, & alia nonnulla.

In

In ætatis tyrocinio in ipſa adoleſcentiæ palęſtra, materna etiam lingua luſit, conſcripſitque.

Lauretta celebrata, Dialogo diuiſo in VI. Ragionamenti.

Eſpoſitione della Canzone del Petrarca,

Mai non vò più cantar come ſoleua.

Il Penſoſo eſaminato, } *Dialoghi di coſe Poetiche.*
L'Arciſuegliato ammonito

Rime diuerſe.

Lettere.

L'Emulo beſtemmiato ridotto dall'Ibide d'Ouidio in 3. Rima.

Il Repeto. Lamento di doi Amanti ammazzati in vn letto, ordinato à modo di Scacchiero, ſono VIII. Sonetti in vno, che potendo leggerſi da ogni lato fanno trentadue, & altri tanti ſe ſi varia l'ordine della deſinenza.

MARCVS ANTONIVS RAYMVNDVS edidit Italicè,

1 *Parto Finto.* Viterbij apud Diſcipulos 1622. in 12.

2 *Fede Coſtante.* Ibidem apud eoſdem 1620. in 12.

3 *Erotodinaſtia, ouero Potenza d'Amore.* Ibid. 1621. in 12.

4 *Finto Bandito.* Ibidem apud eoſdem 1624. in 12.

MARCVS ANTONIVS SCIPIO Placentinus Congregationis Caſſinenſis Monacus edidit,

Elogia Abbatum Sacri Monaſterij Caſſinenſis, ad D. Simpliciũ Caffarellũ eiuſdẽ Cong. Præſidẽ. Neap. apud Beltranũ 1630. in f.

MARIANVS VALGVARNERA edidit Italicè,

Diſcorſo dell'Origine, & Antichità di Palermo, e de' primi habitatori della Sicilia, e dell'Italia. Panormi apud Ioannem Baptiſtam Maringum 1624. in 4.

MARIVS VIVIANVS Vrbinas I. V. D. edidit,

Rationale Inſtitutionum Iuris Ciuilis, in quo rationes decidendi, & dubitandi cum ſolutionibus afferuntur. Romæ apud Iacobum Maſcardum 1623. in 4.

MARTINVS ANGELVS VALESIVS Hybernus Manapieñs Regularis Obſeru. ex Prouincia Cantabrię, Franciſcanus edidit,

Paraneſim Poëticam in auſpicatiſſimum Septẽtrionalis Oceani Principis in Madritenſem Curiam ingreſſum. Madriti ex Typographia Regia 1624. in folio expanſo. Meditatur opus Quodlibeticum, quod inſcribendum cenſet,

De

De ſingulari Harmonia Principiorum ſubtiliſſimi Scoti.

MARTINVS BONACINA Mediolanenſis Theologus, & Iuris Conſultus, multa ſcripſit ad Moralem Theologiam, quæ non ſemel, neque vna in Ciuitate excuſa ſunt. Poſtrema Lugdunenſi editione, ſumptibus Claudij Landry, *Opera omnia* tribus diſtincta Tomis, Moralia tamen, aucta in vulgus emiſa ſunt anno 1629. in fol.

2 *De Incarnatione*, Tractatum diſtincto volumine videre licuit, Typis Mediolanenſibus, ni me fallit memoria, euulgatum in 4. Epiſcopus Roma cum ſe in Germaniam conferret anno 1631, anni tempore æſtiuo, antequam Viennam perueniret, pie obijt, vir laude dignus, qui cum bonarum literarum ſtudijs pietatem coniunxerat. Reliquit libros,

De Gratia.

De Electione Summi Pontificis.

De Beneficijs, quod ad ſuum prœlum vocant Typographi Lugdunenſes. Bonacinæ teſtimonium à multis Theologiæ Moralis Scriptoribus in medium affertur.

MARTIVS MALACRIDA Foroiulienſis edidit ad Philippum III. Hiſpaniarum Regem,

1 *Diuum Raymundum*. Romæ apud Zannettum 1601. in 4.

2 *De ſacro Specu Sublacenſi D. Benedicti*. Romæ apud Bartholomæum Zannettum 1612. in fol. expanſo.

Imprimenda penès ſe habet,

Eridanum, ad Clementem VIII. Pont. Max.

Damonem, ſub cuius nomine mortem Siluij Cardinalis Antoniani Viri eloquentiſsimi, & Poëtæ celeberrimi, qui obierat Romæ XVI. Auguſti MDCIII. deflet.

Romam Properantem, ad Ioannem Grimanum Patriarcham.

Lyrica Varia, ad Clementem VIII. ad Siluium Antonianum, ad Henricum IV. Galliæ, & Nauarræ Regem, ad Mariam Medicem Reginam Galliæ.

De Vento Aulico, ad Vrbanum VIII.

Epigrammata.

Volumina *Epiſtolarum Variarum*. Nunc expendit elegantiſsimas T. Liuij Orationes, in ſingulasq; oratorium artificium diligenter examinat. De eo Ioſephus Caſtalio in vita Siluij

Car-

Cardinalis Antoniani. Clemens VIII. *Martium Malacridam ſtrenuum, & fidelem in arduis pro Sede Apoſtolica apud Polonos negotijs expertus in demortui locum Secretarium Breuium Secretorum ſufficit*. Et Laurus in Orcheſtra eum *viridi, ac ſolidi ingenij virum* vocat.

MATTHÆVS MORVELLVS Religionis Clericorum Regularium Miniſtrantium infirmis edidit Italicè,

Apparecchio dell'Anima per il felice paſſaggio all'altra vita. Romæ apud Paulum Maſottum 1629. in 12.

MATTHÆVS PAGANVS Romanus edidit Italicè,

1 *Ordine che hà tenuto l'Illuſtriſs. Sig. Giulio Cartario nel pigliar il poſſeſſo di Senator di Roma* 1629. in 4.

2 *Dialogo della Vigilanza*. Romę apud Ludouicum Grignanum 1632. in 12.

3 *Selua Incantata*. Romæ apud eundem 1626. in 12.

4 *Magia d'Amore, Comedia*. Rócilioni apud eundẽ 1619. in 12. Editurus eſt, *Il Fulminadente Fedele*.

MELCHIOR INCOFER Auſtriacus è Societ. Ieſu edidit,

Coniectationem in Epiſtolam B.M.V. ad Meſſanenſes. Viterbij apud Ludouicum Grignanũ 1633. in fol. Editionẽ expectãt illius,

Demonſtrationes Chronologica, Hiſtorica, Euangelica.

Examen Thematum Cœleſtium variorum Aſtronomorum, Veterum, & recentium, vſque ad Tychonem.

Theorica Planetarum.

Computus Aſtronomicus.

Opuſcula optica quatuor libellis comprehenſa.

Ludus Pythagoricus.

Vita LXXII. Chriſti Diſcipulorum.

De duplatione Cubi, Tractatus.

Expoſitiones in omnes Regulas Iuris in Sexto.

Expoſitiones noua arborum Conſanguinitatis, & Affinitatis.

Epitome Decretorum.

Martyrologium Vniuerſale, cum Notis.

Martyrologium Romanum vetus antè annos mille, cum Notis.

De perſecutionibus Martyrum.

An ſit de fide terram eſſe immobilem, vbi affirmatiua multis oſtenditur. Tractatus.

De

De Sacra Latinitate.

Geometria Practica.

De Sympathia, & Antipathia. Alia item pręmanibus habet, quę nondùm abſoluit,

Libros Stromatum de peregrinis, & Curioſis doctrinis.

De Defenſionibus Martyrum.

De Septem Sigillis Apocalypſis.

De more Dei in premiando, & caſtigando.

Hiſtoriam Generalium Conciliorum componit, &

Nouum Martyrologium Romanum, illuſtrat; meditaturq;

Hiſtoriam Orientalis Eccleſia.

Honorificè illiùs meminere Georgius Gualterius in Tabulis Siciliç, Franciſcus Biuarius in Defenſione ad Vrbanum VIII. qui etiam Literas ad ſe datas ab eodem Incofero, tanti Virum fecere, vnà cum ſuis operibus impreſſas extare voluerunt, Marcellus Iouanettus in vita S. Emigdij, Benedictus Saluagus in Oratione funebri Alberti Piccoli, Rota, & alij. Sed Albertus Piccolus in Ode illa, de qua Seluagus in Oratione ſermonem habuerat, inter alias huius Viri laudes, has quoque recenſet,

Ille ille mentis diuitem vberem venam
Immittet Augia ædibus repurgandis.
Ille excitatas artibus malis flammas
Reſtinguet obuerſo eloquentia fonte.
Incofer ille eſt Sacra Originis ſemen,
Tradux propago Syderum, poli cuius,
Qui plenus aſtris, patriaq; Cœleſtis
Amore flagrans in pueritiæ flore
Magno Iehoua nomen inclytum adſcripſit.
Qui, ſeù in deſertas flumen ingenij voces,
Seù ſcriptione pandere Atticum nectar
Iubeas, fluentem melle copiam dices.
Seù placeat alta ſpatia Syderum ſedes
Luſtrare, metiri volubiles curſus
Errantium globorum, & annuos Solis
Lunaq; defectus retegere, non certè
Finitor agri certiùs dabit fines.
Iam ſi experiri libeat intimos ſacra

Sophia

Sophia receſſus facilè dixeris, iam nunc
Illum ſoluta corporis ſua mole
Frui nitentes inter Angelum turmas
Semper beata Trinitatis aſpectu.

MELCHIOR LOTERIVS edidit,

1 *De re Beneficiaria*. Romæ Typis Corbelletti 1629. in fol.

2 *De Eadem re*, volumē alterum. apud eundem 1633. in fol.

MICHAEL ANGELVS EVGENIVS edidit Italicè,

1 *Vita di S. Vbaldo Baldaſsini da Gubbio, Canonico Lateranenſe, Veſcouo, e Protettore di quella Città*. Romæ apud Paulum Malottum 1628. in 4.

2 *Della Imitatione di Giesù Christo*, quos è Latino Thomę de Kempis in Italicum vertit. Ibidem apud eundem 1629. in 8.

MICHAEL BACCEVS Lucenſis edidit Italicè,

Diſcorſo Academico della Peſte, e ſuoi remedij. Bracchiani apud Andream Phæum 1631. in 4.

MICHAEL BAVDIERVS Gallus à conſilijs, & hiſtorijs Regis Chriſtianiſsimi edidit Gallicè, *De Hiſtoria, Religione, & Aula Turcica*, necnon *de Hiſtoria Flandrica*, & *Cruce* varios libros,

1 *Inuentaire de l'Hiſtoire generale des Turcs*. Pariſijs. 1631.

2 *Hiſtoire generale de la Religion des Turcs, auec la naiſſance, la vie, & la mort de leur Prophete Mahomet, & les actions des IV. premiers Caliphes*. Pariſijs 1629. in 4.

3 *Hiſtoire generale du Serrail, & de la Cour du grand Seigneur Empereur des Turcs*. Pariſijs 1631. in 4.

4 *Hiſtoire des guerres de Flandre, depuis le commencement, iuſques à la Treue de lan* 1609. Pariſijs 1618. in 4.

5 *Les peintures de la Croix*. Pariſijs 1615. in 12.

Perfecit etiam eadem lingua, ſed nondum edidit,

Hiſtoire generale de la Court des anciens, & modernes Royx de Perſe. Enſemble l'Hiſtoire de l'empire des Perſes depuis Cyrus premier Roy des Perſes iuſques en lannee 1631.

L'Hiſtoire de la Religion de l'ancienne, & moderne Perſe.

Hiſtoire de l'adminiſtration du Cardinal d'Amboiſe gran Miniſtre d'eſtat de France.

Hiſtoire de l'adminiſtration du Cardinal Ximenes grand Miniſtre d'eſtat d'Eſpagne.

Hi-

Hiſtoire de l'adminiſtration du Cardinal d'Yorc grand Miniſtre d'eſtat d'Angleterre.

Hiſtoire de l'adminiſtration de Romieu grand Miniſtre d'eſtat de Prouence lors quelle eſtoit en Souueraineté. De Baudiero Gabriel Naudæus in Bibliographia Politica. *Quemadmodùm etiam nouiſsimè fecit nobilis quidam Gallus nomine Baudierus libro ad hoc vnum magno quidem politioris linguæ noſtræ apparatu, ac lectionis varietate peculiariter deſtinato, vt ex ipſius, ac gemino Poſtelli volumine promptum ſit omnibus, qui propter Eccleſiæ cenſuras ipſiuſmet Muhamedis Alcoranum, ac Sunam legere non poſſunt, quidquid ad ineptas Muſulmanorum ſuperſtitiones attinet facilè negotio percipere.*

MICHAEL GHISLERIVS Romanus Clericus Regularis, *ab ipſis ſtudiorum*, vt Boluitus narrat, *crepundijs in ſacrarum Scripturarum amorem capi viſus fuit, quorum poſtea intimiora adyta manuductore Agellio penetrauit. A Theologiæ curriculo dubia ſemper valetudine vitam tranſegit: quod ob ſanguinis expuitionem ſub ipſo vitæ margine aliquando fuit. Vt priuato ſui bono, vtq; ſua tantum præcordia ijs amoris flammis accenderet, quibus Canticorum liber conflagrat, ſtrictam quandam eius Paraphraſim ſcripſerat. Sed ipſo in primis Agellio, ac doctis quibuſdam impellentibus iuſta poſtmodùm Commentaria in eum Canticorum librum meditatus fuit. Quæ pietatem vbinis ſpirant, ſiuè in litterali ſenſu, in quo eſt accuratus, ſiuè in myſticis, in quibus eſt copioſus, argutus, facundus, ſubtilis, & à ſcopo, quem ſibi delineandum propoſuit, nunquam deuius. In eo labore integro item Commentario, & ſerie perpetua de B. Virgine ſingulos quoſq; verſus exponit, quod doctiſſimus quidam alius Canticorum interpres Ghiſlerij Synchronos neminem aſſerit feciſſe, neminem poſſe: ac ſe quidem bona fide fatetur ne quaquam in id ſuos conatus tentaturum. Addidit quoque Appendicem expoſitionum ex ſanctis Patribus collectam. Quintus decimus iam annus præterlapſus eſt, ex quo primum edita fuere ea Commentaria, & vſque ad duodecim ſingulo quoque biennio noua eorum recuſio parata fuit, ſed in ſecunda ijſdem Commentarijs, tamquam ex cædua Silua in Concionantium vtilitatem C, & amplius ſermones concinnauit valdè proficuos.* Edidit ergò.

Meditationum, Manualis, aliorumq; Aſceticorum eiuſdem Anſelmi, Michaël Ioannes Vim-Bodinus in Diſputatione Sacro-Hiſtorica de S.Anglina Virg.& Mar.Valētina,Iacobus Philippus Camola in vita Io.Baptiſtę Marini, Iacobus Philipus Tomaſinus in Commentario de vita Petrarchæ, Io.Rhodius Danus Carmine de Honoribus meritiſſimis Gabrielis Naudæi. Leguntur in eum elegantiſſima carmina Laurentij Pignorij, Ioſephi Marię Suareſij, & Italica Antonij Bruni in tribus Gratijs, & in Veneribus, Flauij de Fliſco in Poemate Valtellina dicto, & Nicolai Villani in Parecheſi. Quanti illum pro ſua ipſorum humanitate, fecerint ſummi Viri, Petrus Ludouicus Epiſcopus Tricaricenſis, Martinus Sandellus, Ioannes Thuillius, Ioannes Baptiſta Paſſerus Genua, Fortunius Licetus, Franciſcus Molinus Canonicus Patauinus, Bartholomæus Vecchius I.C.Senēſis, Antonius Caracciolus, & Frāciſcus Marinus Clerici Regulares, Gaſpar de Simeonibus, Laurentius Pignorius, Flauius de Fiiſco, Io. Argolus A. F. Silueſter Petra-ſancta, Caſpar Geuartius, Petrus Gaſſendus, Bartholomæus Tortolettus & alij, eorū autographæ Epiſt. ad Familiares, & ad ipſum datæ indicium faciunt. Laudes, & Encomia, quæ in eis ſunt, iam noui omnia eſſe οὐ κατ' ἐμὲ, ἀλλ' ὑπὲρ ἐμέ. Sunt ad pręſtantiſsima quęque adhortamenta, quibus pectus torpeſcens excitant, atque ſtimulant ad laboris iter percurrendum. Non ita cęcutio, vt ingenij mei facultatem ignorem: ſat meę mihi innotuêre exiguę, atque infirmę vires in prompto, ac plura molienti animo. Pudet verò magnorum Virorum ad Allatium Epiſtolas, amoris, & officij plenas, ac tantùm meis ſtudijs ſummoperè depredicandis ſcriptas, hic vel κατ' ὄναρ adijcere. Illas ergò, quamquàm luce digniſſimas, & qualibet nitidiſſima gemma prætioſiores, modeſtiæ, ac moderationi vt conſulam, mihi, ac tenebris meis reſeruo: non ita tamen vt Viros humaniſsimos, & de rebus meis optimè meritos innominatos prætereā. Eo igitur me honore affecerunt præter eos, quos ſuprà recenſui, Matthæus Raderus, Gottardus Vægelinus, Helias Heingerus, Renatus Moræus, Ioannes Bourdellotius, Gabriel Naudæus, & alij, ne nimius ſim, accurariſsimi politioris literaturę cultores, quorum non paucas, de alienis tantùm laudibus differentes, huic meo Libello inſerui.

LEO

LEO SANCTIVS Senenſis Societatis Ieſu edidit,

1 *Encyclopædiam explicatam, defenſam centum Philoſophicis aſſertionibus*. Romæ apud Maſcardum 1624. in fol.

2 *Solarium Gregorianum, ſiuè de Beneficijs quibus Gregorius XIII. Solis inſtar vniuerſum terrarum Orbem illuſtrauit, Laudatienem.* Viterbij 1618. in 4. Et Italicè ſuppreſſo nomine,

3 *Il Gigante, rappreſentato nel Seminarie Romano*. Romæ apud Franciſcum Corbellettum 1632. in 16.

LEONARDVS DVARDVS Abelinenſis Clericus Regularis edidit inſigne opus,

Commentariorum in Bullã, quæ in die Cœnæ Domini legi ſolet. Mediolani apud Impreſſores Archiepiſcopales 1619. in fol. ad Fridericum Cardinalem Borromæum, in cuius Archiepiſcopali Mediolanenſi Eccleſia diù Pœnitentiarij munus obierat. Molitur aliud opus *de Cenſibus*.

LVCAS CASTELLINVS Fauentinus, ex Procuratore, & Vicario Generali Ord. Prædicatorum Epiſc. Cathacenſis edidit,

1 *De Electione, & Confirmatione Canonica Prælatorum quorumcunque, præſertim Regularium*, Tractatum. Romæ apud Hæredes Bartholomæi Zannetti 1625. in fol.

2 *Elucidarium Theologicum de certitudine gloriæ Sanctorum Canonizatorum*, ad Vrbanum VIII. apud Facciottũ 1628. in fol.

3 *De Inquiſitione Miraculorum in SS. Martyrum Canonizationem*, ad Card. Spadam. Romæ apud Maſcardum 1629. in 4.

4 *De dilatione in longa annorum tempora magni, arduique negocij Canonizationis Sanctorum*. Neapoli apud Octauium Beltranum 1630. in 4. Tradet impreſsioni,

Diſputationes Theologicas in quibus ſelectæ difficultates de Sacramentis, præſertim de certa qualitate Verborum formæ Sacramenti Pœnitentiæ, eiuſdemq; fructu, & adminiſtratione.

LVCAS HOLSTEINIVS Amburgenſis,

1 *Porphyrij Philoſophi, de vita Pythagoræ*.

2 *Eiuſdem Sententias ad intelligibilia ducentes*.

Eiuſdem de Antro Nympharum, quod in Odyſſea deſcribitur, Latinè à ſe verſa cum Græco textu edidit,

Cum *Diſſertatione, de Vita, & Scriptis Porphyrij*,

Et *ad Vitam Pythagoræ Obſeruationes*, quas propter lon-

gum iter in vltimam Sarmatiam abſoluere non potuit. Romæ Typis Vaticanis 1630. in 8.

2 *Endecaſyllabos*, in Nuptijs DD. Thaddæi Barberini, & Annæ Colũnæ. Romæ apud Camerales 1627. in 4. & 1629. in 8.

3 *Notas in Euſebij Cæſarienſis libellum cõtra Hieroclem*, impreſſas cum Euſebij Operibus, Pariſijs.

Geographos antiquos illuſtrat. Hunc *doctiſſimum itineris ſui Italici comitem* vocauit Philippus Cluuerius Ital. Antiq. lib. 2.

LVCAS VADDINGVS Hibernus Vaterfordienſis Ordinis Minorum edidit,

1 *Annalium Minorum*, Tom. I. Lugduni apud Claudium Landry 1625. in fol.

2 *Annalium Minorum*, Tom. II. apud eundem 1628. in fol.

3 *Annalium Minorum*, Tom. III. apud eundem 1632. in fol.

4 *Opuſculorum S. Franciſci*, lib. III. quibus *Commentarios* addidit *Aſceticos*. Antuerpiæ apud Plantinum 1623. in 4. Salmanticæ, Alexandriæ, & alibi.

5 *Apologeticon*, *de prætenſo Monachatu Auguſtiniano Beati Franciſci*, in quo deteguntur, & refelluntur varij errores ex hac vna Cõtrouerſia exorti. Madriti apud Thereſiã Iũctã 1625. in 4.

6 *Legationem Philippi III. & IV. Hiſpaniæ Regum ad Sanctiſſimos DD. Paulum V. & Gregorium XV. & Vrbanum VIII. pro definienda Controuerſia Conceptionis B. M. V.* Louanij apud Henricum Haſtenium 1624. in fol.

7 *Concordãtias Morales S. Antonini de Padua*, cũ *Prõptuario Morali cuiuſdam Anonymi*. Romę apud Ciacconum 1624. in 4.

8 *De Hebraica linguæ origine, præſtantia, & vtilitate*, ad ſacrarum literarum Interpretes, Opuſculum præfixum Concordantijs Hebraicis IV. voluminibus editis à Mario Calaſſio. Romę apud Stephanum Paulinum 1621. in fol.

9 Commentarios Angeli à Pas Minoritæ Perpinianenſis III. Tomis, *in Marcum, & Lucam*. Romæ apud Alphonſum Ciacconum 1623. in fol. Reliqua eius opera daturus quinque alijs voluminibus. Nondùm prodierunt,

Annalium Minorum, reliqui Tom. V.

Vita Clementis VIII. Leonis XI. Pauli V. Gregorij XV. & Vrbani VIII. & omnium Cardinalium ab his creatorum.

Opuſcula I. *De Baptiſmo B.V.* II. *De Redẽptione eiuſdẽ.* III. *De Morte eiuſdẽ.* IV. *De mente SS. Patrũ circa eiuſdem Conceptionẽ*, vnà cum legatione edentur Louanij. Eius cum laude meminerunt, Ioannes Tomcus in Columba Sacra de Regula S. Columbani. *Accepimus illam à preclaro Eccleſiaſticarum rerum indagatore, ſacraq; Hiſtoria eruditiſſimo Profeſſore Luca Vaddingo Minorita æquè familia, ac Hibernicæ ſua patria ocello, quam ſe pridem ab Abbate Bebienſis Cœnobij, ſepultura S.P. Columbani nobiliſſimi, ex antiquo Archiuio eiuſdem S. loci, licet hodiè è Benedicti diſciplina Monachis inculti tranſmiſſam acceperat.* Franciſcus Viuarius in Apologia pro Chronico Flauij Dextri §. 3. *Magnoperè contulit S. Petri in Monte Aureo Bibliotheca, in quà velut in domo propria benignitate Auctoris ipſius quotidiè ferè labori meo incumbebam, conſilio, ac iudicio adiutus Reuerendi admodùm P. Luca Vaddinghi S. Theologia Prelectoris, ac totius Seraphici Ordinis Archi-Chronographi, cuius Bibliotheca ipſa eſt: & multa, variaq; opera, qua partim edita, partim quantociùs edenda pra manibus habet, ingentem illi parturiunt gloriam, & honorem.* Victorellus in vita Gregorij IX. in opere Ciacconiano ſcribit, *multa, & immortalia ſunt in Seraphicum Ordinem Gregorij IX. merita, qua ne obliuione obliterentur, efficient, multorum, noſtroq; auo preclari Luca Vaddinghi labores.* Et in vita Innocentij IV. *exſcripſit Vaddingus ſpectata pietatis, & eruditionis Theologus.* Et in Recenſione, *Lucas doctrina Theologica, & alia imbutus eruditione, Seraphicos Annales ingẽti labore, nouo ordine, laudabili induſtria compoſuit.* Et Vim-Bodinus antiquitatis Eccleſiaſticæ Valentinæ vindex, in Hiſtoria Eccleſiaſtica Valentina in S. Ludouico Conf. *Roa praſsè, & eleganter vt omnia, Vaddingus diffusè, ac temporum ſeruato ordine in Chronico Minorum Diuum expreſsis coloribus pingit: Vir laborioſus, ac doctus, & de ſua Seraphica Religione ob magnos in illius ſplẽdorem exantlatos literarios labores benemeritus.* Vide præterea Claudium Roberti in ſua Gallia Chriſtiana, Bartholomæum Gauantum in Commentarijs ad Rubricas Miſſalis, & Breuiarij, & alios.

LVDOVICVS CENTOFLORENIVS I.C. edidit, *An idem locus ſit verè Ciuitas, quãuis ſede Epiſcopali careat,*

Diſputationem, in Collectaneis Auguſtini Barboſæ. Et Romæ apud Ludouicum Grignanum 1630. in 4.

LVDOVICVS CRESSOLIVS Armoricus è Soc. Ieſu, emiſit,

1 *Vacationes Autumnales*, cuius operis materia eſt, Perfectus Orator in agendo, in tres libros diſtributa, in quibus illigatæ ſunt, Diſputationes curioſæ, & amœnioribus doctrinis illuminatæ, quæ delectant, & illuſtrant eloquentiam.

2 *Theatrum Sophiſtarum*, quo illorum varietatem, vim indicendo, in docendo conſuetudinem, ſtylum, mores, eruditionem explicauit, illuſtrauit antiquitatem, loca multa bonorum Auctorum correxit. Laudarunt vtrumque opus, libris ſuis præſtantis eruditionis Viri ex eadem quidē Societate Iacobus Pontanus in Philocaliæ Præfat. alijsq; in locis, Dionyſius Petauius in Themiſtium, Ludouicus Lacerda in Aduerſarijs Sacris, & in Tertullianum, alijque. Voce autem, præconioq; ſuo mirificè commendarunt multi hìc Romæ, clariſsimi, doctiſsimiq; Viri, Hieronymus Aleander, Auguſtinus Maſcardus, alij.

3 *Myſtagogus de Sacrorum hominum diſciplina*, in quo delectis, & conquiſitis ex humana, & diuina ſapientia floribus exhornauit Hierarchicam maieſtatem, & Sacrorum hominum mores, pietatem, ſtudia, occupationes, domeſtica ſimùl, & externa, quæ in eorum profeſsione quadrare poſſunt, copiosè proſecutus eſt. Pariſijs in fol. Illud opus tàm auidè exceptum fuit in Gallia, vt propè omnes, qui elegantia doctrinarum capiuntur, illud habere voluerint. Peſtilentes morbi, & bellorum motus impedierunt, ne Liber importari in Italiam, Germaniamque potuerit, vbi pauca tantùm exemplaria ſunt viſa.

4 Iam prœlo committitur aliud eiuſdem opus, *De ſelectis piorum hominum virtutibus*, quod decadem vnam complectitur. Qui legerunt, prius quàm Bibliopolæ traderetur, plurimi illud fecerunt, & inprimis Reuerendiſs. S. Pal. Apoſt. Magiſter acre illud, & rectum iudicium, qui teſtatus eſt, ita ſibi placuiſſe, vt auelli à legendo vix poſſet.

LVDOVICVS DVLCEBENIVS Societatis Ieſu ex lingua Latina, & Vlyſsiponenſi in Italicam vertit,

1 *Literas annuas Chinæ, & Aethiopicas MDCXXIII. & MDCXXXII.* Romæ editas apud Corbellettum in 8.

Ex

Ex Latina item editioni parat,

Compendium Meditationum P. Ludouici de Ponte à ſe verſum. Vir cognomine ſuo dignus.

LVDOVICVS LEPOREVS edidit,

1 *Artem Poëticam Horatij*, carmine Italico. Romæ apud Franciſcum Corbellettum 1630. in 8.

2 *Deſcrittione della Villa di Borgheſe*. in 4.

3 *Panegirico*, in Nuptijs DD. Barberinorum.

LVDOVICVS MORVS edidit Italicè Comędiam,

Gli Eſtinti Furori. Romæ apud Caballum 1628. in 12.

LVDOVICVS de la VALLE Bartinorenſis Hiſpanus in Curia Romana Aduocatus edidit,

De Auctoritate, & facultate in cauſis Spoliorum Illuſtriſſimi Domini Delegati in Regnis Hiſpaniarum. Ianuæ 1623. in 4. Nunc editioni paratas habet,

Additiones ad Deciſiones D. Ludouici de Mançanedo Rotæ Auditoris in Romana Curia.

M

MANFREDVS MALDENTVS edidit Italicè, *La Face d'Himeneo*, in Nuptijs DD. Thaddæi Barberini, & Annæ Columnę. apud Camerales 1629 in 8.

MARCELLVS IOVANETTVS Aſculanus edidit Italicè,

1 *Rime Compartite in Affettuoſe, Boſcareccie, Nuttiali, Eroiche, Sacre, Varie*.

Luſit etiam carmine Latino dum *pulchra dormientis deſcriptionem* Elegiaco carmine expreſsit. Romæ apud Franciſcum Corbellettum 1626. in 12.

2 *Sopra vn'habito donato dalla Signora Prencipeſſa di Venoſa al Sig. Prencipe Ludouiſio*, Idyllium. Romæ apud Impreſſores Camerales 1622. in 4.

3 *Vita di S. Emiddio Martire, primo Veſcouo, e Protettore della Città d'Aſcoli*. Roncilioni apud Grignanum 1631. in 4. Reliquit Tractatum,

De tranſlatione Penſionis.

MAR-

MARCELLVS MANSIVS ex benè moriendi Miniſtris edidit Italicè,

Vita di Gio. Ceruſo detto Litterato. Romæ apud Ludouicum Grignanum 1621. in 8.

MARCELLVS MEGALLIVS Squillacenſis Clericus Regularis Sereniſſimæ Iſabellæ Infanti Sabaudiæ, ac Principi Mutinenſi à Confeſsionibus edidit,

1 *Inſtitutionis Peregrinorum*, Tom.IV. Mutinæ apud Iulianum Caſsianum 1618. & 1621. in 4.

2 *Conſiliorum*, Tom.I. apud eundē 1621. in 4. Italicè etiam,

3 *Confeſſionale ad examinandas conſcientias*. Ibidem apud eundem 1615. in 12.

4 *Conſiderationes in Euangelia Dominicalia, & ſolemnitates anni*. Ibidem apud eundem 1625. in 8.

Eius Inſtitutionum Peregrinorum, Tom.IV. in compendium redegit Baltaſſar Cominciauus Mutinenſis. Ibid. in 12. Scripſit,

Vitam Iſabellæ Infantis Sabaudiæ. Molitur,

Memoriale caſuum Conſcientiæ, Tom.III. qui lucem vidiſſent, niſi peſtis Mutinam graſſata impreſſionem interrupiſſet.

MARCVS ANTONINVS Maceratenſis olim Federici Cardinalis Borromæi Vicarius Generalis edidit,

Varias practicabilium rerū reſolutiones, in tres libros digeſtas. Romæ apud Andream Phæum 1629. in fol.

MARCVS ANTONIVS BASSVS Veliternus edidit Italicè,

L'Amor Fido, Comedia Ciuile. apud Grignanum 1633. in 8.

MARCVS ANTONIVS PETILIVS Monte-Coruinas, Iuris, Conſultus Neapolitanus edidit,

Exarchia, ſiuè, *de Exteriori Principis munere*, lib.X. Coloniæ Agrippinæ apud Antonium Boetzerum 1620. in 4. Vir indefeſsi ſtudij, & laboris. Scripſit namque pleraq; alia propediem edēda,

Eſarchiam, ſiuè de Sanctioris Principis numine, lib. X.

Commentaria Politica, lib.X.

Conſtitutionum Pontificiarum Epitomen, lib.XIII.

De Iure ex arte digerendo, Commentarium.

Lexicon Græco barbarum à Nicolao Rigaltio exortum, à Ioanne Meurſio contextum magnoperè illuſtratum, & dimidio auctū.

Apologeticum, lib.IV. *de Reliteratione, ſiuè de Anagrammatiſmo*,

tiſmo, & de Siſrarum loquendi, ſcribendiq; origine.

De Eccleſiaſtica, & Politica poteſtate, ad Synonymum Incerti libellum, reciprocatio dictorum.

De Magiſtratibus hodiernis Aulicis, & forenſibus eum antiquis comparandis, &c.

Notæ Orthodoxæ tùm in caſus aliquot conſcientiæ, vt vocant, *tùm in diuerſos, Neotericos maximè auctores.*

Subceſiua libris multis diſtinguéda, inter quę ſingulares occupãt

Onomatopœia, ſiuè de Nominum imponendorum ratione.

De Orthographia, & inexpungendi modo.

De Veteri vtriuſque linguæ pronunciatione.

Autotechnia, ſiuè Artium inuentarum Index Chronicus.

In ſacros Hymnos, & Orationes aliquot Notæ Apologeticæ.

Melittetymologia, vbi nomina rebus omnia à Deo, ſuorum operum inſcriptiones, inſita eſſe, ex vno Apis tramite explicato trilingui, hieroglyficè tamen quaſi digito demonſtrantur.

De Cœna Domini, & eſu agni ad Hieronymum Vecchiettum.

Fabulæ de Ioanne id nominis IIX. Papa parturiente, ratio.

De Paradiſi Terreſtris inopina quaſi notitia, lib. III. Hieroglyphica expoſitione differti. Opus non minùs ad Italiæ commendationem, quam ad Romanæ Eccleſiæ tuitionem natum.

Congener huic, *De Militantis Eccleſiæ conflictu*, vbi ſummam humani generis more ſuo, modòq; gubernandi curam, vni Sacerdoti à Deo demandatam eſſe: Principem illi ad externa in adiutorium datum: Obiter Paradiſum Terreſtrem Eccleſiaſtici prætorij aleam in Romano ſolo fuiſſe: Primam linguam omnibus vnam, quæ nunc trina Hebraica, Græca, & Latina, Hieroglyphica expoſitione omnia, ex trinæ ipſius linguæ circuitu.

Eccleſiaſtica Communionis progreſſus, quod eſt Exarchiæ recognitæ libri II. Cap. X. Vbi quæ facultas ad Temporaria bona Pontifici Maximo inhæreat, è ſola, vt par eſt, Euangelica doctrina, modò tamen ſuo, ideſt, Hieroglyphicè declarata, methodo certa deducitur. Poſſent & in volumen referri aliqua ex Græco exercitij gratia facta Latina, vt,

Cteſiæ Cnidij de Rebus Perſicis, & Indicis.

Agatharchides de Mari Rubro.

Theognidis Parænesis, & alia nonnulla.

In

In ætatis tyrocinio in ipſa adoleſcentiæ palęſtra, materna etiam lingua luſit, conſcripſitque.

Lauretta celebrata, Dialogo diuiſo in VI. Ragionamenti.

Eſpoſitione della Canzone del Petrarca,

Mai non vò più cantar come ſoleua.

Il Penſoſo eſaminato, / *L'Arciſuegliato ammonito* } *Dialoghi di coſe Poetiche.*

Rime diuerſe.

Lettere.

L'Emulo beſtemmiato ridotto dall'Ibide d'Ouidio in 3. Rima.

Il Repeto. Lamento di doi Amanti ammazzati in vn letto, ordinato à modo di Scacchiero, ſono VIII. Sonetti in vno, che potendo leggerſi da ogni lato fanno trentadue, & altri tanti ſe ſi varia l'ordine della deſinenza.

MARCVS ANTONIVS RAYMVNDVS edidit Italicè,

1 *Parto Finto.* Viterbij apud Diſcipulos 1622. in 12.

2 *Fede Coſtante.* Ibidem apud eoſdem 1620. in 12.

3 *Erotodinaſtia, ouero Potenza d'Amore.* Ibid. 1621. in 12.

4 *Finto Bandito.* Ibidem apud eoſdem 1624. in 12.

MARCVS ANTONIVS SCIPIO Placentinus Congregationis Caſſinenſis Monacus edidit,

Elogia Abbatum Sacri Monaſterij Caſsinenſis, ad D. Simpliciũ Caffarellũ eiuſdẽ Cong. Præſidẽ. Neap. apud Beltranũ 1630. in f.

MARIANVS VALGVARNERA edidit Italicè,

Diſcorſo dell'Origine, & Antichità di Palermo, e de' primi habitatori della Sicilia, e dell'Italia. Panormi apud Ioannem Baptiſtam Maringum 1624. in 4.

MARIVS VIVIANVS Vrbinas I. V. D. edidit,

Rationale Inſtitutionum Iuris Ciuilis, in quo rationes decidendi, & dubitandi cum ſolutionibus afferuntur. Romæ apud Iacobum Maſcardum 1623. in 4.

MARTINVS ANGELVS VALESIVS Hybernus Manapiẽſis Regularis Obſeru. ex Prouincia Cantabrię, Franciſcanus edidit,

Paraneſim Poëticam in auſpicatiſſimum Septẽtrionalis Oceani Principis in Madritenſem Curiam ingreſſum. Madriti ex Typographia Regia 1624. in folio expanſo. Meditatur opus Quodlibeticum, quod inſcribendum cenſet,

De

De ſingulari Harmonia Principiorum ſubtiliſſimi Scoti.

MARTINVS BONACINA Mediolanenſis Theologus, & Iuris Conſultus, multa ſcripſit ad Moralem Theologiam, quæ non ſemel, neque vna in Ciuitate excuſa ſunt. Poſtrema Lugdunenſi editione, ſumptibus Claudij Landry, *Opera omnia* tribus diſtincta Tomis, Moralia tamen, aucta in vulgus emiſa ſunt anno 1629. in fol.

2 *De Incarnatione*, Tractatum diſtincto volumine videre licuit, Typis Mediolanenſibus, ni me fallit memoria, euulgatum in 4. Epiſcopus Roma cum ſe in Germaniam conferret anno 1631. anni tempore æſtiuo, antequam Viennam perueniret, pie obijt, vir laude dignus, qui cum bonarum literarum ſtudijs pietatem coniunxerat. Reliquit libros,

De Gratia.

De Electione Summi Pontificis.

De Beneficijs, quod ad ſuum prœlum vocant Typographi Lugdunenſes. Bonacinæ teſtimonium à multis Theologiæ Moralis Scriptoribus in medium affertur.

MARTIVS MALACRIDA Foroiulienſis edidit ad Philippum III. Hiſpaniarum Regem,

1 *Diuum Raymundum*. Romæ apud Zannettum 1601. in 4.

2 *De ſacro Specu Sublacenſi D. Benedicti*. Romæ apud Bartholomæum Zannettum 1612. in fol. expanſo.

Imprimenda penès ſe habet,

Eridanum, ad Clementem VIII. Pont. Max.

Damonem, ſub cuius nomine mortem Siluij Cardinalis Antoniani Viri eloquentiſsimi, & Poëtæ celeberrimi, qui obierat Romæ XVI. Auguſti MDCIII. deflet.

Romam Properantem, ad Ioannem Grimanum Patriarcham.

Lyrica Varia, ad Clementem VIII. ad Siluium Antonianum, ad Henricum IV. Galliæ, & Nauarræ Regem, ad Mariam Medicem Reginam Galliæ.

De Vento Aulico, ad Vrbanum VIII.

Epigrammata.

Volumina *Epiſtolarum Variarum*. Nunc expendit elegantiſsimas T. Liuij Orationes, in ſingulasq; oratorium artificium diligenter examinat. De eo Ioſephus Caſtalio in vita Siluij

Car-

Cardinalis Antoniani. Clemens VIII. *Martium Malacridam ſtrenuum, & fidelem in arduis pro Sede Apoſtolica apud Polonos negotijs expertus in demortui locum Secretarium Breuium Secretorum ſufficit*. Et Laurus in Orcheſtra eum *viridi, ac ſolidi ingenij virum* vocat.

MATTHÆVS MORVELLVS Religionis Clericorum Regularium Miniſtrantium infirmis edidit Italicè,

Apparecchio dell'Anima per il felice paſſaggio all'altra vita. Romæ apud Paulum Maſottum 1629. in 12.

MATTHÆVS PAGANVS Romanus edidit Italicè,

1 *Ordine che hà tenuto l'Illuſtriſs. Sig. Giulio Cartario nel pigliar il poſſeſſo di Senator di Roma* 1629. in 4.

2 *Dialogo della Vigilanza*. Romę apud Ludouicum Grignanum 1632. in 12.

3 *Selua Incantata*. Romæ apud eundem 1626. in 12.

4 *Magia d'Amore, Comedia*. Rócilioni apud eundē 1619. in 12. Editurus eſt, *Il Fulminadonte Fedele*.

MELCHIOR INCOFER Auſtriacus è Societ. Ieſu edidit,

Coniectationem in Epiſtolam B.M.V. ad Meſſanenſes. Viterbij apud Ludouicum Grignanū 1633. in fol. Editionē expectāt illius,

Demonſtrationes Chronologicæ, Hiſtoricæ, Euangelicæ.

Examen Thematum Cœleſtium variorum Aſtronomorum, Veterum, & recentium, vſque ad Tychonem.

Theorica Planetarum.

Computus Aſtronomicus.

Opuſcula optica quatuor libellis comprehenſa.

Ludus Pythagoricus.

Vita LXXII. Chriſti Diſcipulorum.

De duplatione Cubi, Tractatus.

Expoſitiones in omnes Regulas Iuris in Sexto.

Expoſitiones nouæ arborum Conſanguinitatis, & Affinitatis.

Epitome Decretorum.

Martyrologium Vniuerſale, cum Notis.

Martyrologium Romanum vetus antè annos mille, cum Notis.

De perſecutionibus Martyrum.

An ſit de fide terram eſſe immobilem, vbi affirmatiua multis oſtenditur. Tractatus.

De

De Sacra Latinitate.

Geometria Practica.

De Sympathia, & Antipathia. Alia item prę manibus habet, quę nondùm abſoluit,

Libros Stromatum de peregrinis, & Curioſis doctrinis.

De Defenſionibus Martyrum.

De Septem Sigillis Apocalypſis.

De more Dei in præmiando, & caſtigando.

Hiſtoriam Generalium Conciliorum componit, &

Nouum Martyrologium Romanum, illuſtrat; meditaturq;

Hiſtoriam Orientalis Eccleſiæ.

Honorificè illiùs meminere Georgius Gualterius in Tabulis Siciliç, Franciſcus Biuarius in Defenſione ad Vrbanum VIII. qui etiam Literas ad ſe datas ab eodem Incofero, tanti Virum fecere, vnà cum ſuis operibus impreſſas extare voluerunt, Marcellus Iouanettus in vita S. Emigdij, Benedictus Saluagus in Oratione funebri Alberti Piccoli, Rota, & alij. Sed Albertus Piccolus in Ode illa, de qua Seluagus in Oratione ſermonem habuerat, inter alias huius Viri laudes, has quoque recenſet,

Ille ille mentis diuitem vberem venam
Immittet Augiæ ædibus repurgandis.
Ille excitatas artibus malis flammas
Reſtinguet obuerſo eloquentiæ fonte.
Incofer ille eſt Sacra Originis ſemen,
Tradux propago Syderum, poli cuius,
Qui plenus aſtris, patriæq; Cœleſtis
Amore flagrans in pueritia flore
Magno Iehouæ nomen inclytum adſcripſit.
Qui, ſeù in deſertas flumen ingenij voces,
Seù ſcriptione pandere Atticum nectar
Iubeas, fluentem melle copiam dices.
Seù placeat alta ſpatia Syderum ſedes
Luſtrare, metiri volubiles curſus
Errantium globorum, & annuos Solis
Lunæq; defectus retegere, non certè
Finitor agri certiùs dabit fines.
Iam ſi experiri libeat intimos ſacræ

Sophia

Hiſtoire de l'adminiſtration du Cardinal d'Yorc grand Miniſtre d'eſtat d'Angleterre.

Hiſtoire de l'adminiſtration de Romieu grand Miniſtre d'eſtat de Prouence lors quelle eſtoit en Souueraineté. De Baudiero Gabriel Naudæus in Bibliographia Politica. *Quemadmodùm etiam nouiſsimè fecit nobilis quidam Gallus nomine Baudierus libro ad hoc vnum magno quidem politioris linguæ noſtræ apparatu, ac lectionis varietate peculiariter deſtinato, vt ex ipſius, ac gemino Poſtelli volumine promptum ſit omnibus, qui propter Eccleſiæ cenſuras ipſiuſmet Muhamedis Alcoranum, ac Sunam legere non poſſunt, quidquid ad ineptas Muſulmanorum ſuperſtitiones attinet facilè negotio percipere.*

MICHAEL GHISLERIVS Romanus Clericus Regularis, *ab ipſis ſtudiorum*, vt Boluitus narrat, *crepundijs in ſacrarum Scripturarum amorem capi viſus fuit, quorum poſtea intimiora adyta manuductore Agellio penetrauit. A Theologis curriculo dubia ſemper valetudine vitam tranſegit: quod ob ſanguinis expuitionem ſub ipſo vitæ margine aliquando fuit. Vt priuato ſui bono, vtq; ſua tantum præcordia ijs amoris flammis accenderet, quibus Canticorum liber conflagrat, ſtrictam quandam eius Paraphraſim ſcripſerat. Sed ipſo in primis Agellio, ac doctis quibuſdam impellentibus iuſta poſtmodùm Commentaria in eum Canticorum librum meditatus fuit. Quæ pietatem vbiuis ſpirant, ſiuè in litterali ſenſu, in quo eſt accuratus; ſiuè in myſticis, in quibus eſt copioſus, argutus, facundus, ſubtilis, & à ſcopo, quem ſibi delineandum propoſuit, nunquam deuius. In eo labore integro item Commentarios & ſerie perpetua de B. Virgine ſingulos quoſq; verſus exponit, quod doctiſſimus quidam alius Canticorum interpres Ghiſlerij Synchronos neminem aſſerit feciſſe, neminem poſſe: ac ſe quidem bona fide fatetur ne quaquam in id ſuos conatus tentaturum. Addidit quoque Appendicem expoſitionum ex ſanctis Patribus collectam. Quintus decimus iam annus præterlapſus eſt, ex quo primum edita fuere ea Commentaria, & vſque ad duodecim ſingulo quoque biennio noua eorum recuſio parata fuit, ſed in ſecunda ijſdem Commentarijs, tanquam ex cædua Silua in Concionantium vtilitatem C, & amplius ſermones concinnauit valdè proficuos.* Edidit ergò.

N 1 Com-

1 *Commentaria in Canticum Canticorum*, Non vno in loco.

2 *Commentariorum, & Expoſitionũ in Ieremiam Prophetã, & Baruch*, Tom. III. Lugduni ſũptibus Laurẽtij Durãt 1623. in fol. Addidit Catenam Veterum Græcorum Patrum, Expoſitionem Chryſoſtomi, Tractatum Maximi Confeſſoris, Homelias Octo Origenis, nunquam antea nec Græcè, nec Latinè impreſſa ex interpretationibus Io. Matthęi Caryophili, & Leonis Allatij, & pro Concionatoribus Elenchũ Cõcionum ſatis cõmodum, & vberẽ. Dignus qui æternum viuat Deo, ſibi, omnibus. Nunc parat,

Hypotypeſeωn Chriſtianarum, & Regularium, Opus ingens, & in plures libros diuiſum. De eo Andreas Victorellus in Recenſione, *Michaël Ghiſlerius Diuinorum librorum, Patrum, linguarum Hebraicæ, Syriacæ, & quarundam aliarum ſtudioſiſſimus eſt. Huius amplæ, doctæ, & piæ in Cantica Canticorum, & in Ieremiæ Oracula extant Explicationes.* Et Conſaluus Ceruantes Comment. lib. Sapientiæ cap. 6. verſ. 16. *Ghiſlerius omnium optimus, quod ſentio, Canticorum ætate noſtra interpres ſtudioſo videndus*, & cap. 8. verſ. 2. *Canticorum loci alios eſſe legitimos ſenſus in comperto eſt, apud quoſque bonos interpretes, omnibus antepono Ghiſlerium.* Neque ſiluit Laurus in Orcheſtra. Meam de tanti Viri pietate, doctrina, ac eruditione ſacra, & profana ſententiam, Ferdinandus Carolus grauis, & ſeuerus harum rerum cẽſor Epiſtola ad me data comprobauit. Ea verò eſt. Ferdinandus Carolus Leoni Allatio ſuo S.D.P. *Nihil amori tributum abs te, mi Leo, dum Michaëlis Ghiſlerij ſcripta mirificè commendares. Iacet enim laus omnis infrà præſtantiam ſuauiſſimi Senis, qui per veſtigia diuini Paſtoris, Sponſam pulchris amoribus languentem, anhelantem ad dilectum ſuum per auia ſectatur, tranſilientem colles non deſerit, in arcano thalamo puriſſimos inter amplexus Sponſi cœleſtis quieſcentem contemplatur. Idem labores, & cruciatus Chriſti perditam ouem quærentis cum Ieremia deplorat, ſuprema Charitatis in nos experimenta retractans. Aduocat rerum æternarum prudentiſſimos in conſilium, allicit mortale genus per artes miras in amorem ſui Saluatoris; aureamq;* Nectit, quà valeat trahi, Catenam. *Equidem quoties ſacras lucubrationes illas in manus ſumo, frequentiſſimè autem ſumo, recreor incredibiliter; idq; præſertim, cum inter agitatio-*

nes

Digitized by Google

nes rerum terrenarum propè deficio, ſæpiùsq; illud experior, quod Plato veſter de carminis Homerici ſtudioſis affirmat, extra me ipſum, penitiſsimos in Michaëlis ſenſus elatus. Hæc de communis amici monumentis æternũ victuris, tuoq; ſimul de iudicio raptim exaraui, ne tè meam ſententiam expectantem diutiùs animi ſuſpenſum detinerem. Vale.

MICHAEL HIERONYMVS Societatis Ieſu edidit Italicè,

1 *Diſcorſo dell'eccellenze, & prerogatiue di S. Gioſeffo.* Romæ apud Hæredes Bartholomæi Zannetti 1627. in 8.

2 *Lettera Spirituale ad vna nobiliſsima Giouane intrata in Religione.* Florentiæ apud Bartholomæũ Sermartellũ 1614. in 8.

3 *Lettera Spirituale ſcritta ad vna Nouitia.* Romę apud Hęredes Bartholomæi Zannetti 1625. in 8.

4 *Conſiderationi per affettionarſi alla deuotione della B. Vergine.* Romæ apud Franciſcum Caballum 1627. in 8.

MICHAEL IOANNES VIM-BODINVS Theologus Hiſpanus, & Eminentiſsimi Auguſtini Cardinalis Spinulæ Archiepiſcopi Compoſtellani à Secretis, edidit,

1 *Panegyricum B. Thomæ Archiepiſcopi Valentini,* Inſcriptum Gaſpari Card. Borgiæ, in quo B. Viri vita veluti cõmentario libro exponitur. Valentiæ Typis Petri Patritij Mez 1619. in 4. Opus in Hiſpania, Gallia, Italia, & Belgio magno plauſu acceptum, quà voce, miſsisq; literis, quà editis libris paſsim laudatores inuenit.

2 *Epitaphia* Sepulchris Gentilium Ludouici Blaſci. Tum *Inſcriptiones, Elogia,* aliaq; non pauca amicorum rogatu. Madriti apud Io. Gonzalez 1625. in fol. Editurus eſt aliquando, *Medicum animarum,* in gratiam Curionum ex Doctrina præcipuè Theologorum Valentinæ Scholæ.

Diſſertationes Sacro-Hiſtoricas IV. I. *De Sancto Engemio Proto-Epiſcopo Valentino, & Martyre, & ſucceſſoribus Præſulibus Valentinis.* II. *De S. Anglina Virg. & Mart.* III. *De Tranſlatione corporis S. Vincentij Hiſpani Leuitæ & Martyris.* IV. *De Cingulo Deiparæ Dertoſenſibus cœlitus dato, ibiq; culto; ac de S. Ruſo, & ſucceſſoribus Epiſcopis Dertoſanis.*

Hiſtoriam Valentinorum Eccleſiaſticã à D. Iacobo Apoſtolo Hiſpaniæ Patrono, ad noſtram ætatem, vbi de Sanctis Valentinis, Viriſq; pietate præſtantibus.

Bibliothecam Valentinam, de Viris doctis & Scriptoribus Valentinis.

Diſcurſus Genealogicos Familiæ Vim-Bodinorum à tempore Caroli Magni, ad annum MCCXXXVII. deductos & de nobilibus Familijs Catalanis, cum illa ſanguine coniunctis, aut ab illa deductis, & de fundatione Regij Ciſtercienſiũ Cœnobij Populetani, ex vetuſtis Auctoribus, & authenticis inſtrumentis dicti Monaſterij ad Auctorem miſsis.

Florem Sanctorum Valentinorum lingua Hiſpanica. Alia meditatur vſui eruditorum futura. Huius viri cum laude meminerunt Gundiſaluus de Auila Regius Hiſpaniæ Chronographus in Theatro Madrienſi, Vincentius Gomeſius in opere Sacrarum Orationum de Beatificatione B. Ludouici Beltrandi, Vincentius Blaſcus della Nuza Tom. I. Hiſtoriarum Aragonenſium acta B. Thomæ perſequens, & alibi ſæpiùs, Martorellus Luna in Hiſtoria Cinguli B. Mariæ Dertoſæ aſſeruati. Magnifica ſunt, quæ de eo pronunciãtur, & à Thoma Thomaio de Vargas Hiſtorico Regio, qui illi tamq; Marianæ Ieſuitæ nomini addictiſsimo Commentariũ de vita, & rebus, nec non lucubrationibus eiuſdẽ Marianæ, & M. Antonio Scipione Monacho Benedict. qui vitas duorũ Hiſpanorũ S. Æmiliani Abbatis, & VVambæ Goti Hiſpaniæ Regis, inſcripſit, & Emmanuele Romano Carmelita in Elucidario Antiquitatis Carmelitanæ. Adoleſcentis ingenium, & ſtudia inter alios admiratus eſt Ioannes Mariana, magni nominis auctor, qui ipſi inter alia ſcripſerat. *Placet conſilium tuæ ſcriptionis, imò ſcriptio tota. Illis verbis Regis Catholici, adſcriberem Regis nomen. De Clodoueo, ſic eſt, vt dicis; garriant alij: non omnes tamen capient verbum hoc. Loquendum cum multis, vt eſt vetus Parœmia. Feruent aliqua cum ætate coquenda. Hæc tamen paucula in tui gratiam dicta ſunto, qui adoleſcentiam accuratè excolas; ad Philoſophiam, ſacraſq; literas aſsiduam melioris notæ Scriptorum lectionem adiungas. Iudicium tuum de noſtris ſcriptis, magni, vt par eſt, facio. Verùm noſtro nos modulo metimur: primas alijs libenter relinquo, cum in medijs conſiſtere placeat, felicioribus ingenijs patefacta via. Hic humaniorum literarum cultus deſideratur paſsim; nullis propoſitis præmijs, honore nullo miſerè iacent. Quæſtuaria in pretio. Sic ſunt res noſtra.*

Digitized by Google

ſtræ. Nimirum Artes, ſi prouentu careant, pleriſq; inanes arbitrantur, ſtudia vtilitate metientes, & lucro. Valentinis præ cæteris Hiſpaniæ populis ingenium acre, & viuidum cœlo datum agnoſcimus. Habes tuos, quos imiteris, vt doctior euadas, Peream Theologum præclarum, Perpinianum eloquentia cum Veteribus comparandum, noſtros quondam Romæ Sodales; Falconem ingenij virum, Nunneſium varia ad miraculum lectione, nuper, vt audis, extinctum, alios. Quod requiris Tractatus quidam noſtri nunc ſub prœlo ſunt in Germania, &, vt opinor, ad guſtum eruditorum, & veritatis amantium futuri. In vltimo de morte, & immortalitate maturior ſtylus, iudicium ſubactum. Sic nobis quidem videtur, alijs ſinceriùs iudicabunt. Maius ſaxum voluimus, ſi per ætatem, ac valetudinem parum firmam liceat. Tentandum eſt tamen, vt temporis, dum vita ſuppetat, benè collocati rationem reddamus. Vale.

MICHAEL LEONICVS edidit Italicè,

Delle Corone de Prencipi Chriſtiani, lib. I. Romæ 1601. in fol. Illius meminit Laurus in Orcheſtra.

MICHAEL MOSCVS Tarentinus Cler. Regul. edidit Italicè, *Regularem*, ſeù, *De perfectione Religioſa*, Tom. II. primum Panormi, deinde Venetijs 1628. in 4.

MVTIVS CAPVCCINVS Cauenſis edidit Italicè,

1 *Dichiaratione dell'Offitio de' Morti, e delleCeremonie nell'Eſſequie per le Anime de' Defonti*. Romæ ex Typographia Ludouici Grignani 1626. in 8.

2 *Delli ſignificati della Meſſa*. Romæ ex Typographia Iacobi Maſcardi 1612. in 8.

MVTIVS VITELLESCVS Societatis Ieſu Generalis electus binas edidit *Epiſtolas Paraneticas*,

1 *Ad Patres, & Fratres Societatis*. Romæ apud Aloyſium Zannettum 1617. in 8.

2 *Ad Prouinciales, & Patres eiuſdem Societatis*. Romæ apud eundem 1619. in 8. *In hoc placidiſsimi ingenij*, verba ſunt Victorelli in Recenſione, *viro, mores candidos, vitam laudabiliter actam, humanitatem, pietatem, prudentiam, doctrinam, eloquentiam, variam multarum rerum cognitionem, & in rebus agendis ſolertiam agnoſcas, ſi in templis diuina myſteria perorantem,*

hominesq; à flagitiis reuocantem, & ad rerum cæleſtium amorem inflammantem audiueris, alterum quaſi Cyprianum, aut Bernardum, aut Chryſoſtomum te audire, præſtantiſſima Societati Ieſu iure præpoſitum exiſtimabis.

N

NEOPHYTVS RHODINVS Cyprius Monachus Ordinis S. Baſilij edidit vernacula Græcorum lingua,

1 *Compendium diuinorum Sacramentorum.*

De Præceptis Decalogi.

De Peccatis.

De Cenſuris Eccleſiaſticis.

De Officio diuino recitando. Omnia ſimul Romæ apud Hæredem Bartholomæi Zannetti 1628. in 8.

2 *Panopliam Spiritualem*, lib. V. in qua res ad fidem pertinentes dilucidè exponuntur. Romæ apud Hæredem Bartholomæi Zannetti 1630. in 8.

3 *Interrogatorium Confeſſorum*. Romæ Typis Sacræ Congregationis de Fide Propaganda 1630. in 12.

Parat eadem lingua,

Vitam Gregorij XIII. Pontificis, & alia.

NICOLAVS ADIVNCTIVS Burgenſis edidit,

De Mathematica laudibus, Orationem habitam in Piſarum Academia. Romæ apud Iacobum Maſcardum 1627. in 4.

NICOLAVS BALDVCCIVS edidit Italicè,

Vita di S. Nilo Fondatore del Monaſterio di Grotta Ferrata. Romæ apud Typographos Camerales 1628. in 4. & in 8.

NICOLAVS BARBERIVS edidit Italicè Comœdiam,

L'Innauertito, ouero Scappino diſturbato, Mezzettino trauagliato. Venetijs per Angelum Saluadorum 1630. in 12.

NICOLAVS BERZETTVS è Societate Ieſu edidit Italicè ſub nomine Alberti Buronzi,

Prattica di ben meditare ampliata. Romæ apud Bartholomæum Zannettum 1609. in 16.

NI-

NICOLAVS CABÆVS Societatis Ieſu edidit,

Philoſophiam Magneticam, in qua Magnetis natura penitùs explicatur. Ferrariæ apud Franciſcum Succium 1629. in fol.

NICOLAVS CEVS Cremonenſis Procurator Generalis Ordinis Sanctæ Mariæ Seruorum, habuit plures *Orationes* coram Vrbano VIII. & Eminentiſſimis Cardinalibus. Quinque verò contentas vno libello vulgauit. Romæ apud Hæredem Bartholomæi Zannetti 1628. in 4.

NICOLAI CONCEPTIONIS Vicarij Generalis Carmelitanorum Diſcalceatorum edita eſt Italicè,

Lettera Paſtorale, ad Fratres ſui Ordinis. Romę apud Ludouicum Grignanum 1631. in 8.

NICOLAVS GRACCHVS Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini edidit,

Gemmam Sententiarum B. Auguſtini de Auxilijs. Romæ apud Andream Phęum 1626. in 4. ad Vrbanum VIII.

NICOLAVS RICCARDIVS Ord. Prædicatorum S. Palatij Apoſtolici Magiſter edidit Italicè,

1 *Ragionamenti ſopra le Letanie della Madonna*, Tom. II. Ianuæ in fol. Primus item Tomus recuſus eſt Venetijs in 4.

2 *Oratione nell' Eletione di Iacopo Lomellino fatto Doge di Genoua*. Ibidem in fol.

3 Lingua etiam Hiſpanica luſit nomine ſuppreſſo *in Nuptias* Principum Ludouiſij, & *Venoſæ*. Romæ apud Impreſſores Camerales 1622. in 4.

4 *Sermonem in Beatificationem S. Tereſiæ*, Hiſpanicè cum alijs ſermonibus de hac re editis. Madriti apud Viduam Alphonſi Martini 1615. in 4. Latinè verò,

5 *Commentarios in omnes S. Scriptura libros, cum Gloſſis, & Paraphraſi*, ab ipſo ſex dierum opere: ingens, arduus, immenſus, & nonniſi Riccardio permeabilis Oceanus. Huius operis iam nonnulla vidi impreſſa.

Plura Auctor conſcripſit, quibus tantum vltima lima deeſt; plura perfecit, quæ maturata properant in lucem; maiora etiam meditatur, ac parat, inter ea ſunt,

Hiſtoria Concilij Tridentini à calumnijs vindicata.

Theologus, ſiuè, *De Chriſtiana Theologia, eiusq; partibus*, li-

bris, inſtrumentis, natura, proprietatibus, & auctoribus, Tom. III.

Superiorum Appendix, Tom. II. quorum Primus, *Lexicum Theologicum*, Secundus *Sacras Regulas* continebit.

Diſputationum breuiorum in D. Thomam, Tom. IV. ſententias, probationes, aliaq; ex Auctoris tantùm ingenio, ſtudioq; deprompta, ſingularia ſcilicet complectentes.

In eũdẽ *Quaſtiones fuſiùs diſputata*, & *Scolaſtica Pralectiones*.

In S. Scripturã, *De optimo genere interpretandi*, & *Apparatus*.

In Cantica Canticorum nouus de B. Virgine, & quadripartitus Commentarius.

Aduerſaria S. & *Antiqua Lectiones*, ad hũc diẽ L. XX. *expoſita*.

Opuſculorum Theologicorum, Tom. II.

Exotica, & ad inferiores ſcientias pertinentia ex propria ſententia, Tom. I.

Conciones ad Populum in Quadrageſima, Aduentu, per totum annum, & de Sanctis, feriè ferè triplici.

Controuerſiarum huius tẽporis præcipuarum inter Catholicos, *De gratia Chriſti*, &

Beata Virginis Conceptione, Tom. II.

De eo & Gramignius in Phantaſijs, & Stilianus in Carminibus Italicis. Victorellus verò in Additamentis Ciacconianis in Vitam Pij V. *Cuius*, Pij V. *zelum ſecutus Reuerendiſſimus Sacri Palatij Apoſtolici Magiſter Nicolaus Riccardius, Theologica doctrina, recondita, variaq; eruditione, linguarum peritia, & concionandi praſtantia in Vrbe, & Orbe doctiſsimus, eandem Synodum* Tridentinam *ab Anonymo impiè, & imperitè contumelijs petitam, propugnandam ſuſcipit, propugnatq; praclarè. Nobile eruditiſsimum opus*, Sacroſancti Concilij Tridentini defenſio *aliquando prodibit in lucem*. Vir iſte, vt eloquio, dexteritate, & ſententiarum pondere in cõgreſſu, & concionibus bonorum animos incendat, ſegnes alliciat, duros ſubigat, & properantium incitet curſus, Romanè facundus Ferdinandus Carolus Epiſtola ad Leonem Allatium ſic expreſsit. Ferdinandus Carolus Leoni Allatio V. C. S. P. D. *Audiuimus heſterna die Pontificij Palatij Magiſtrum Nicolaum Riccardium, egregiũ Familia Dominicana decus in Quirinali, de noſtrorum animorum immortalitate dicentem, nec aderas, doctiſsime Leo qui nunquam ſoles abeſſe, cum ar-*

arcana ſacrorum aureum illud eloquentiæ flumen euoluit. Te diu fruſtra quæſiuimus, & vtinam adfuiſſes: Periclem ſuum Athenis fortaſſe minus inuideres. Sic tonare, fulminare, totamq; Vrbem de ſublimi concutere noſter ille videbatur, qui, ſemper admirandus, ſe tamen ipſum copioſo illo, grauiſsimoq; ſermone ſuperauit. Omnes, quotquot adfuimus, liqueſcere coëgit in lacrymas. Viro quidem ſemper eſt ſolemne, veterum Patrum ſententias promere, Græcorum excutere ſapientiam; diuinorum Scriptorum abdita rimari, locos argumentorum omnes exhaurire, nec quicquam opportunum cauſæ prætermittere; ſed ita violenter dominari mentibus, & ad nutum, quò libuiſſet, impellere, hoc nunquam expertis verè nobis Monſtrum fuit, ſed amabile. Scis enim quam ſit impatiens iugi mortale genus; nos autem, neſcio quo pacto, volentes capti ſumus, & triumphati noſtroq; Victori plauſimus. Tù ne diutiùs amicorum tuorum gaudijs inuideas. Proximæ concioni cura diligenter vt interſis. Vale. Et Gilbertus Ioninus Odarum lib. 4. Od. 13.

RICCHARDE, larga cui ſuas opes manu
Natura fudit prodiga,
Cælumq; liberale multo nectare
Mentem benignè perpluit:
Nec, quo ſolet cratere, dimenſa eſt tenax
Pronœa, ſed totam tibi
Inuertit vrnam, & auream benigniùs
Venam perennis ingeni
Manare iuſſit: ſeù velis torrentior
Intemperante Tyberi,
Cum vere pluuio, & niuibus Alpinis ſatur
Se iactat inſolentiùs,
Verſare mentes grandis eloquij potens,
Et rapere nolentes licet:
Siue amne puro placidus, atque argenteæ
Illimis vnda volueris,
Aureſq; bibulas imbre cœli plurimo
Romamq; ſitientem beas:
Seù curioſo lumine audes aggredi
Arcana naturæ abdita:

Seù

Seu vis per altos fugere tractus nubium,
Vilemq; deſpectans humum,
Tentare noſtra ſede ſemotum athera,
Cæliq; lucentes plagas:
Et intueri numinis purum iubar,
Terniq; fontem luminis,
Dum pergis alti non inæquali gradu
THOMAE ſequi veſtigia:
Quem veritas amica ſecuro pede
Duxit per anfractus vagos,
Qua fluxuoſis implicans ſinibus ſinus
Illudit error mentibus.
Cretæa qualis Virgo fido ſtamine
Minois errantes gradus,
Per cæca duxit ſpatia, & artis Dædale
Inexplicabiles vias.
Licet recurrens textu inobſeruabili
Labyrinthus in ſe, luderit.
Huic te gemellum mentis accenſa vigor,
Niuesq; vinxit ordinis
Sors vna, qui tot ſiderum accendit faces,
Cælo tot Heroas tulit,
RICCHARDE Clarum nomen Italiæ, & tuæ
Illuſtre ſidus patriæ,
Quo Genua maius, nec iubar ſapientiæ,
Nec clarius Monſtrum tulit,
Regina quamuis inferum felix mare
Portu coronet inclyto.
Si plura Monſtra, plura prodigia ingeni,
Liguſtico natant ſinu
Vacuum relinquat Herculis polum labor,
Aſtrisq; lucentes fera;
Liguria mittet digniora ſplendido
Lucere cælo ſidera.

NICOLAI RODVLFII ex Palatij Apoſtolici Magiſtro, nunc Dominicanæ Familiæ Miniſtri Generalis ingenij flumen, ac dicendi facultatem, ſonantibus verbis, ac vberibus ſen-

ten-

tentijs non ſine quadam vi maiore abundantem, in Aula Pontificia pro cōcione res humanas, atque diuinas diſerentis, ciues, exteriq; omnes mira animi commotione audiuimus, & iam dolemus diuinos illos ingenij fœtus Reipublicę Chriſtianæ tàm vtiles, tàm neceſſarios penès modeſtiſsimum parentem tantùm foueri, & æternum victura, vt ſic dicam, intermori. Exeant ergò in lucem, veluti & reliqua diuini ingenij monumenta, quæ ſummis votis expectamus. Legimus verò illius,

Epiſtolam Encyclicam ad Patres, & Fratres ſui Ordinis, datam Romæ Kal. Ianuarj 1630. in 8. Breuem quidem, ſed quæ prudentia, pietate, Eccleſiaſticis, ac religioſis præceptis, & monitis ingentia volumina exæquet. En de tanto Viro Ferdinandi Caroli ad Leonem Allatium Epiſtolam. Ferdinandus Carolus Leoni Allatio ſuo S. *Tandem longinqua, difficiliq; de peregrinatione redditus eſt Vrbi Reuerendiſſimus Nicolaus Rodulphius, vniuerſæ Dominicanæ Familiæ Præſul, terroribus bellorum, & peſtilitatis vbiq; iactatus: redeuntem è Vaticano in Parione ſalutaui: ſolus pedes cum ſolo reuertebatur ad Mineruæ; nec tamen impetrare potui, domum vt ſe deduci pateretur. Admiratus ſum vehementer tanti Viri modeſtiam; cuius antiquum genus, & clarum, ſapientiam, mores caſtiſsimos totus ille religione, doctrinaq; ſplendidiſsimus Ordo Magiſtratu ſummo dignam duxiſſet; cuius copioſam, ac ſuauē eloquentiam, dum Sacri Palatij Pontificis Magiſter è loco ſublimi ſacrorum arcana de more proferet, aula Romana diutiſsimè ſuſpexiſſet, & excepiſſet auidiſſimè. Ille quidem per veſtigia B. Dominici ad immortalitatem properans, tanti Patris vices non indecorè gerit. Tù, cum primum ſol terris illuxerit, caue quicquam potius habeas, quam vt egregium caput inuiſas, amantiſsimum tui, bonorumq; omnium, & Doctorum virorum, qualis es ipſe, ſtudioſiſsimum. Id te monitum quantociùs volui, quem Reipublicæ literariæ ſeruari diutiùs incolumen flagrantiſsimè cupio. Vale.*

NICOLAVS SERPETRVS edidit Italicè,

La Fama, Idillium, ad Petrum Vallium. Roncilioni apud Ludouicum Grignanum 1632. in 12.

NICOLAVS STROZZIVS Florentinus edidit Italicè,

1 *Epithalamium*, in Nuptijs DD. Thaddæi Barberini, &

Annæ

Annæ Columnæ. Romæ apud Maſcardum 1628.in 16.& apud Camerales 1629. in 8.

2 *Varia Carmina* Italica ſparſim. Habet præ manibus, *Rime Selue di Parnaſo, Lauri, Palme, Mirti, Cipreſsi.* Tragædias, *Dauid di Trebiſonda*, & *il Corradino.* Idillia, *Il Leandro, l'Erminia, l'Alcina, l'Armento*, & *Cento Sonetti morali col corpo dell'Iſtoria.*

NICOLAVS VILLANIVS Piſtorienſis edidit,

1 *Epithalamium*, in Nuptias Marci Antonij Burgheſij, & Camillæ Vrſinæ Principum Sulmonis. Viterbij apud Petrum Diſcipulum 1619. in 4. Inter diffuſam tunc nuptialium Cantionum Hylem, caſtimonia Latini ſermonis, fauentes omnium calculos lata circum tabula Nicolaum Villanium,& Franciſcum Rogerium reportaſſe, auctor eſt Laurus in Orcheſtra.

2 *De Laudibus Gregorij XV. Pont.ter Max.Carmen.* Viterbij apud eundem 1621. in 4.

3 *Ad Nicolaum Ludouiſium Venuſij Principem, Iſabellæ Geſualdæ Sponſæ Epiſtolam*. Reſpondetur alteri,quam ſub nomine Principis Ludouiſij ad dictam Iſabellam ediderat Virginius Cęſarinus. Romæ apud Alexandrum Zannettum 1622. in 4. Quia tamen ſub Victorij Ruſtici nomine circumferebatur,quod eiuſdem cum Nicolao Villanio ſignificatus videbatur eſſe, omnes argumentabantur Epiſtolam eſſe Villani, & à Cæſarino conſultus Scioppius de Auctore, reſpondit, *Recognoſco ſtylum Villanicum*, nec falſus fuit.

4 *Endecaſyllabos in Aldinam Hieronymi Aleandri*,cum alijs.

5 *Notas ad primam partem Hiſtoriarum Albertini Muſſati.* Venetijs cum Albertini Hiſtoria apud Pinellum in fol.

6 *Ad Bonam Frugem*,Poëmatium,ad DominicumMolinum. Venetijs apud Antonium Pinellum 1629. Italicè verò,

7 *Poeſie ſopra Venetia*. Ibidem apud eundem in 4.

8 *Canzone alla Santità di Noſtro Signore Papa VrbanoVIII.* ad Antonium Brunum. Ibidem apud eundem 1632. in 4.

9 *Pareneſi all'Italia nelle preſenti calamità*. Romæ in 4.

10 *L'Vccellatura di Vincēzo Foreſe all'Occhiale del Caualiero Fr. Tomaſo Stigliani contro l'Adone del Caualiero Gio. Battiſta Marini,& alla difeſa di Girolamo Aleandro.* Opus hoc eiuſdem

Vil-

Villanij eſſe omnes ſuſpicati ſunt ob nominum alluſionem. Venetijs apud Antonium Pinellum 1630. in 16.

11 *Conſiderationi di Meſſer Fagiano ſopra la ſeconda parte dell'Occhiale del Caualier Stigliano cõtro l'Adone del Caualier Marino, e ſopra la ſeconda difeſa di Girolamo Aleandro.* Hoc item eidem Villanio attribuunt, aſſeruntq; tale ſibi nomen impoſuiſſe, quod præter expectationem res illi ciciderit. Nam cũ vellet ſub nomine Vincẽtij Forenſis latere, non potuit; ideoq; ob ſimilitudinem illius auis, quæ, dummodò caput tegat, totam ſe tegi, licet pateat omnibus, exiſtimat, Phaſiani ſibi nomen aſſumpſit. Villani Carmina laudauit Meurſius Epiſtolà ad Dominicum Molinum, *Villani Carmen eſt inſigne; & vt ſe Poëtam egregium, ſic Philoſophum oſtendit; & eximia Bona Frugi, at ſapientia ſe litaſſe*, &c. Et Annibal Campegius.

Non te Villani, malè natus poſsidet ardor,
Plebeium ſequitur nec tua Muſa Deum.
Nec numeris numeros Muſæ non omnibus vſque
Abſoluere tuos, ingenuusq; decor.
Eque venuſtatum contemptu nata venuſtas,
Et genio ridens ipſe ſuopte lepos.
Græcia tres Charitas tantùm quid fingit? in vno
Ipſe tuo vidi carmine ſæpè decem.

Editurus eſt Diſcurſum Academicum,

Della Poeſia giocoſa, Satis prolixum, doctum, eruditum, & elegantem, quem in Academia Humoriſtarum recitauit.

NICOLAVS ZVCCHIVS è Societate Ieſu edidit Italicè,

1 *Varie Deuotioni, che poſſono aniar ogni Anima à viuer Chriſtianamente*, &c. *ad inſtanza della Compagnia della Communione Generale*. Romæ apud Franciſcũ Caballũ 1630. in 24. Et ſub nomine Horatij Vrbani,

2 *Indrizzo di ſeruitù al Santiſsimo Bambino, & alla Beatiſſima Vergine*. Viterbij apud Auguſtinum Diſcipulũ 1630. in 16.

OCTA-

O

OCTAVIANVS MARINVS Interamnas edidit, *Stateram temporum, De præſtantia Kalendarij Gregoriani, & eius facili vſu,* in quo ea omnia, quæ ex computo Eccleſiaſtico haberi poſſunt à qualibet mundi creatione, vſque ad noſtra, & futura ſecula abſq; ſcriptura vnico ictu oculi reperiuntur. Additæ ſunt pro curioſis *Tabellæ aliquæ pro Eclipſibus præteritis, & futuris ad Meridianum almæ Vrbis.* Bononiæ Typis Nicolai Tebaldini 1632. in 4. Penès ſe habet,

Globum ſine Globo, in quo ferè omnes operationes Mathematicæ facillimè perficiuntur, tàm Geometricè auxilio Circini, quàm per exquiſitiſſimam ſupputationem linearum medio ſinuum tangentium, ac ſecantium.

Sphæricorum Triangulorum naturalem proportionem, & eorundem dimenſionem, ex paucis regulis facillimè memoriæ retinendis, ita vt in operationibus non ſint requirendæ tot formæ.

De Ephemeridum facili vſu, abſque auxilio aliarum Tabularum, ex quo ſufficienter haberi poſſunt ea omnia, quæ ex alijs Tabulis difficillimè, & magna cum iactura temporis perquiri ſolent, ex tabulis domorum tantùm.

OCTAVIVS BARONIVS Soranus edidit,

Panegyricum Carmen, ad Vrbanum VIII. Romæ apud Hæredem Bartholomæi Zannetti 1617. in 4.

OCTAVIVS DISSA Capuanus edidit Italicè, Comædias,

1 *Fortunia.* Neapoli apud Maccaranum 1628. in 12.

2 *Gineura.* Viterbij apud Diſcipulum 1630. in 12.

3 *Mal Maritata.* Neapoli apud Vitalem 1616. in 12.

4 *Flaminia.* Neapoli apud Beltranum 1628. in 12.

5 *Aluida.* Viterbij apud Diſcipulum 1621. in 12. Afferunt eas eſſe Franciſci Diſſæ ſub nomine tamé Octauij F. publicatas.

OCTAVIVS TRONSARELLVS edidit Italicè,

1 *Il Conſtantino, Poema Heroico,* Cant. XXI. Romæ apud Franciſcum Corbellettum 1629. in 12.

2 *Catena d'Adone Fauola Boſcareccia.* Ibidem apud eundem Corbellettum 1626. in 12.

3 Fa-

3 *Fauole*, ad Sereniſſimum Cardinalem de Sabaudia. Fabulæ ſunt. I. *Erminda, ouer la Pomice*. II. *La Calamita*. III. *Il Diamante*. IV. *L'Arena*. V. *Il Corallo*. VI. *Murice, ouer la Purpura*. VII. *Il Moſtro del Reno*. VIII. *Il Giudicio di Giunone*.

4 *Drami Muſicali*. Ibid. apud eundẽ 1632. in 12. Dramata. I. *Narciſſo*. II. *La Sirena*. III. *Fetonte*. IV. *La danza di Diana*. V. *Minoe*. VI. *Il Ritorno d'Angelica*. VII. *Amore*. VIII. *Preneſte*. IX. *La creatione del Monde*. X. *La menſa di Nettuno*. XI. *Marſia*. XII. *Beluedere*. XIII. *Vittoria d'Amore*. XIV. *L'Età dell'Oro*. XV. *L'Humiltà trionfante*. XVI. *Partenope*. XVII. *La naſcita di Romolo*. XVIII. *Rinaldo prigioniero*. XIX. *Il Bagno de' ſemi Celeſti*. XX. *La Vendetta*. XXI. *Iſigenia*. XXII. *Siluio Amante*. XXIII. *Il Giudicio di Venere*. XXIV. *Il Natale dell'Anno*. XXV. *L'Amante ſoſpettoſo*. XXVI. *Il Trionfo di Primauera*. XXVII. *Gli Applauſi Vrbani*. XXVIII. *L'Augurio felice*. XXIX. *La figlia di Iepte*. XXX. *La conteſa della Virtù*. XXXI. *Faraone ſommerſo*. XXXII. *L'Eſequie di Chriſto*.

5 *Rime*, hoc eſt, *Sonetti, Madrigali, Canzoni, Ottaue*. Ibidem apud eundem 1627. in 12.

6 *Canzonetta*, in Nuptijs Principũ Ludouiſij, & Venoſæ. Itẽ, *Il Tebro*. Romæ apud Impreſſores Camerales 1622. in 4.

7 *La guerra delle tre Dee*. Romæ apud Franciſcum Corbellettum 1632. in 12. De eo Antonius Sfortia Epiſtola ad Franciſcum Mariam Serram, *Octauij Tronſarelli Conſtantinum legi, perlegi. Dignus mihi videtur tanto Heroë Vates. In illo lectionis aſtu ſæpius exclamaui*.

Cedite Romani Scriptores, cedite Graij.
Neſcio quid maius naſcitur Iliade.

ODDO de COMITIBVS è Societate Ieſu edidit, Orationem habitam in Paraſceue coram VRBANO VIII. in Sacello Pontificio, cui titulum fecit,

Chriſtus patiens, Nouus Adam ſepulchro cordis inciſus. Romæ Typis Franciſci Corbelletti 1632. in 4.

ODORICVS VALMARANA Vicentinus Presbyter Theologus, & Philoſophus edidit,

1 *Dæmenomachiam*, ſiuè, *de bello Intelligentiarum ſuper Diuini Verbi Incarnatione*, lib. XXV. ad Ferdinandum II. Romanorum

norum Imperatorem ſemper Auguſtum. Viennæ Typis Matthæi Firmici anno 1627. in 12.

De finibus ſuper Salomonis Eccleſiaſte, ad Sereniſsimum Leopoldum Arciducem Auſtriæ, Epiſcopum Argentinenſem. Ibidem apud eundem 1627. in 8.

ONVPHRIVS GERALDINVS de CATENACCIS Amerinus edidit;

Vitam Alexandri Geraldini Epiſcopi S. Dominici apud Indos occidentales, vnà cum *Itinerario ad Regiones ſub Aequinoctiali plaga conſtitutas* eiuſdem Alexandri, ad Franciſcum Cardinalem Barberinum. Romæ Typis Guillelmi Facciotti 1631. in 8. Legi eiuſdem tractatulum;

De Viris Geraldinis, qui in obſequio Apoſtolicæ Sedis per varia tempora inſudarunt, Manuſcriptum,

Inſcriptiones Veteres Amerinas ab alijs neglectas, & nondum editas ipſe iuſto volumine, ac ſedula indagatione complexus, cum alijs ab Alexandro iam dicto ex varijs Europæ partibus concinnatis, & nondum vulgatis editurus eſt aliquando. Meditatur etiam Opus ingens,

De Dignitatibus Eccleſiaſticis.

ORPHEVS RVSELLVS edidit Italicè,

Il Diſperato Amante. Viterbij apud Diſcipulum 1625. in 12.

OVIDIVS de AMICIS à Pedemontio olim Canonicus Capuanus I. C. & Protonotarius Apoſtolicus edidit,

De iure Emphyteotico, ex Cap. Potuit Emphyteuta, de locat. & conduc. cum C. *Diſceptationibus* frequentiſsimis, ad Cardinalem Ludouiſium. Romæ apud Facciottum 1622. in fol. Laudatur à Rota, & alijs Recentioribus. Sanctorius item Archiepiſcopus Vrbinas in ſuis Annalibus inter primarios Iure Conſultos recenſet. Scripſit,

De Primatu Eccleſiæ tàm in ſpiritualibus, quàm tẽporalibus, Diſcurſus duos, ad Vrbanum VIII. Nunc totus eſt in elaborādis *Additionibus*, in opus de Iure Emphyteotico.

PA-

P

PATRITIVS FATTORIVS Turritanus edidit Italicè, *Ampia, e diligente Relatione delli honori fatti al cuore di S. Carlo per lettera ſcritta all'Illuſtriſsimo Sig. Conte Carlo Borromeo Nepote del Santo.* Romæ apud Bartholomæum Zannettum 1614. in 4. Meditatur,

Lucubrationes ſpirituales in libellum Ioannis XXII. de Contemptu Mundi.

PATRITIVS FLEMMINGVS Hibernus Ordinis Minorum Obſeruantiæ S. Franciſci ab Hæreticis in Germania, dum Praga Auguſtam ſe conferret, trucidatus, edidit,

Vitam S. Columbani Abbatis Bobienſis cum Annotationibus, Non liquet quonam in loco prelo comiſſa ſit, & alia.

PAVLVS de ANGELIS edidit,

1 *Baſilicæ S. Mariæ Maioris de Vrbe deſcriptionem, & delineationem.* Romæ 1620. in fol. Italicè etiam,

2 *Della Lemoſina, ouero Opere, che c'aſsicurano nel giorno del final giudicio.* Romæ apud Maſcardum 1611. in 4.

PAVLVS BARISONVS Patauinus, ex Canonico Cathedralis Eccleſiæ Patauinæ Clericus Regularis edidit Italicè,

De frequenti vſu Euchariſtiæ. Nouiſsimè prodijt emendatior Typis Neapolitanis Ægydij Longi 1631. in 8.

PAVLVS BOMBINVS edidit,

1 *In diem S. Paraſceues*, Orationem habitam in Sacello Pontificio. Romæ apud Maſcardum 1612. in 4. & rurſus apud Franciſcum Caballum in 4.

2 *De aduentu Spiritus ſancti*, habitam in Sacello Pontificio. Romæ apud Iacobum Maſcardum in 4.

3 *In diem S. Pentecoſtes*, ſub nomine Pompeij Muti. Ibidem apud eundem Maſcardum 1612. in 4. & rurſus apud Franciſcum Caballum in 4.

4 *In Funere Coſmi II. Etruriæ Ducis.* Mantuæ apud Franciſcum Oſannam 1621. in 8.

5 *In Funere Philippi III. Hiſpaniarum Regis.* Ibidem apud eundem in 4.

6 *In Funere Margaritæ Auſtriæ Vxoris Philippi III. Hiſpaniarum Regis.* Romæ apud Zannettum 1611. in 4.

7 *In Sigiſmundum III. Poloniæ Regem, Elogium.* Mediolani ex Typographia Regia Io. Baptiſtæ Malateſtæ, in fol. expanſo.

8 *Veſtigium Gymnaſij Romani*, ad Cardinalem Burgheſium, Opus eſt ſoluta, & metro adſtricta oratione compoſitum, quãquam aliqui ſunt verſus eo in libro aliorum Auctorum, quos aſteriſco notatos voluit in libri margine, ne aliorum plumis ſe veſtire videretur. Romæ apud Iacobum Maſcardum 1615. in 8.

9 *Vitam, & Martyrium Edmundi Campiani è Societate Ieſu.* Primum in Belgio in 12. Tandem auctiorem, & pleniorem. Mantuæ apud Fratres Oſannas Ducales Impreſſores 1620. in 8.

10 Italicè, *La vita di S. Ignatio Loiola.* Neapoli apud Lazarum Scoriggium 1615. in 8. Prelo nunc deſcribitur Mediolani apud Malateſtam eius Hiſtoria,

11 *De Sfortiadum Originibus*, ſeù, *Magnus Sfortia*, quod Opus carptim Abrahamus Bzouius retulit in ſuos Annales, Tom. XV. &c

12 *Breuiarij Rerum Hiſpanicarum*, Enneas prima. Venetijs apud Pinellum Impreſſorem Ducalem. Plura continet repugnantibus amicis, quorum hortatu, ac penè iurgio coactus edet, quando iam parata ſunt, videlicet,

Breuiarij Rerum Hiſpanicarum, Enneas ſecunda.

Hiſpania Auſtriaca, lib. XVII.

Vita Gregorij XIII. Pont. Opt. Max.

Vita Sixti V.

Vitæ Reliquorum Pontificum ad Clementem VIII.

Elogiorum Centuriæ tres, De Viris ſuæ ætatis Illuſtribus.

Præſegminum Liber continens ſacra, & profana antiquitatis varia monumenta.

Quæſtionum naturalium, Centuriæ tres.

De nouis Cœli Phænomenis, Diſputatio,

De Summo Pontifice.

De Concilijs.

Cum Hæreticis de recentibus veterum errorum additamentis.

In Eccleſiaſtem Commentaria. Ea Sigiſmundo III. Polonorum Regi deſtinauerat, gratum, & expetitum Opus. Quanti Rex fecerit hac Epiſtola ſignificauit. *Sigiſmundus Dei gratia Rex Po-*

Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Moſchouiæ, Samogitiæ, Liuoniæq; necnon Suecorum, Gothorum, Vandalorumq; hereditarius Rex, Venerabili Patri Paulo Bombino Religioſæ Congregationis Somaſchæ Presbytero ſincerè nobis dilecto. Venerabilis Pater ſincerè nobis dilecte. Apprimè gratæ nobis fuerunt literæ Paternitatis tuæ, ex quibus proſpeximus luculenter Paternitatem tuam ijs abundare animi bonis, quæ à Regibus minimè contemni ſolent. Laudem igitur, non vllius notam erroris apud nos meretur Paternitatis tuæ factum. Quod librum ſapientiſſimi Regis Paternitas tua Commentarijs abſe illuſtratam nobis deſtinat pro grato habemus. Porrò quæ propenſi ne eximij tui erga nos ſtudij teſtificationem ſimus complexi, nulla re id magis declarare potuimus, quam ſi à nobis Paternitati tuæ, eius momenti negotia, in quibus pari prudentia, & fide ſit opus crederentur. Internuncius noſter Neapolitanus fuſiùs mentem noſtram explicabit Paternitati tuæ, cui fidem ipſa habebit, gratiam iuxtà noſtram Regiam Paternitati tuæ deferimus, vitamq; à Deo precamur diuturnam. Datum Varſauiæ die XXV. menſis Iulij, anno Domini CIƆIƆCXXXI. Regnorum noſtrorum Poloniæ XXXXIV. Sueciæ XXXVIII. Sigiſmundus Rex. Italice etiam compoſuit,

La vita della Regina di Scotia.

Le vite delli Fondatori delle Religioni dal M D. in quà. Et alia, quæ nondùm perfecit. De hoc Paulus Maurus in quadam ad ipſum Epiſtola inter alia. *Literatorum, & Doctorum te in numero non ego, ſed fama communis collocauit: Nomen tuum cum vniuerſo iam Orbi notum ſit, mihi ignotum eſſe non poteſt. Virtus tuà etiam tum cum Romæ, hoc eſt, ampliſſimo in Theatro ſpectata, mihi perſpecta: Sed τὶ δελφῖνι, καὶ βοῒ κοινὸν; &, Legi Elogium tuum de Sigiſmundo Poloniæ Rege à Patre Mauritio iſtius Domus Rectore ad mè miſſum. Elogium tuum ſanè egregium, & prorsùs Regium. Remitterem ego è ſterili ingenio eductum aliquid, ſed ne imitari Diomedis ſolertiam velle videar, qui χρύσεα donanti, χάλκεια reſtituam munus non permuto, ſed laudo, teq; de eo mirificè amo. Luſi tamen de te neſcio quæ, & planè luſi: nam inter ſcribendum mihi occùrrit, & excidit. Quæcunque igitur illud eſt, carmine Epiſtolam claudam,*

Proluit Aoniæ, quis te feliciùs vnda

Labra? Quis è ſacro largiùs amne bibit?
Bombis pulſa tuis latè, Bombine, reſultat
Cyrrha: & Caſtalidum dat tibi quæq; decus.
Seù ſocco tibi, ſeù libeat certare cothurno
Docta Thalia fouet, Melpomeneq; tibi.
Seù iuuat æternis heroas dicere chartis
Viſa artes Clio eſt te docuiſſe ſuas.
Seù iuuat eloquio, ſeù carmine promere ſenſus,
Tullius eloquio, carmine, Paule, Maro es.
Scriptores æquas omnes, aut vincis: & vni,
Quæ diuiſa alijs, Laus tibi tota venit.

Nimius in omnes partes diffunderer, ſi delata Bombino à doctiſſimis Viris pręconia, & Epiſtolas Gaſparis Scioppij, Matthæi Velſeri, Marci Velſeri, Matthæi Raderi, Claudij Salmaſij, & aliorum ad eundem ſummis cum laudibus ſcriptas, hic recenſerem.

PAVLVS CIERA Venetus Auguſtinianus, publicus in Gymnaſio Romano Theologiæ Profeſſor edidit,

1 *Pro ſtatu Romanæ Vrbis, & Curiæ,* Tractatum Apologeticum. Senis 1608. in 4.

2 *De Iure Principum,* Tractatum. Bononiæ 1607. in 4.

3 In Lib. I. Sententiarum Petri Lombardi, *Reſponſiones ad Quæſita omnia, quæ circà materiam, de Vnitate, & Trinitate, diuiniſq; attributis à ſapientioribus Scholaſticæ Theologiæ Patribus fieri ſolent, & eorundem clariſsimas Reſolutiones.* Romæ apud Franciſcum Caballum 1633. in 4.

PAVLVS DVRANVS S. R. Rotæ Auditor edidit,

De Conditionibus, & modis impoſsibilibus, & Iure prohibitis Contractibus, &c. *Teſtamenti adſcriptis.* Palmæ Balearium Typis Gabrielis Gaſp. 1612. in fol.

PAVLVS IOSEPHVS MERONVS Mediolanenſis edidit,

Commentarios in Pſalmum CXLV. ad Aulicos, & Principes. Lugduni 1615. in 14. Propediem editurus lib. IV.,

Ciuilium exercitationum ad Epiſt. II. Regis Aſſueri, quarum exemplaria extant in libro Eſther. Scripſit prætereà,

Commentarios in Malachiam Prophetam.

Commentarios in Pſalm. II. ſeù, *De Victoria, & Regno Chriſti.*

Com-

Commentarios in Pſalm. C. ſeù, *De optimo Principe.*
De vera Patria, Dialogum.
Obſeruationes in Pentateuchum.
Obſeruationes in libros Tertulliani.
Commentarios in libr. XII. Metaphyſices Ariſtotelis.
De Peccatis in Spiritum ſanctum, lib. I.
De vxore Lot verſa in ſtatuam ſalis.
De Somnijs, quæ mittuntur à Spiritu ſancto.

PAVLVS PIRANVS Piſaurienſis edidit,
Carmen inuictæ memoriæ Ambroſij Marchionis Spinulæ. Romę apud Franciſcum Corbellettum 1630. in 4. Scripſit etiam,
Praxim in aula Chriſtiana Philoſophandi ad Pſalm. LI. concinnatam. Vbi etiam aulici famulitij nomenclatura, gradus, aliæq; huius vitæ rationes fusè explicantur.
Belli, quod ab Hiſpanis in Belgio geſtum eſt, ab initio Hiſtoriam, nondùm tamen vltrà decennium productam.
Franciſci Mariæ Vrbinatium poſtremi Ducis vitam, Italicè.
Annotationes pleniſsimas in priores lib. III. Lactantij Firmiani. Alia etiam ingenij experimenta. Ego legi eiuſdem,
Pro Maria Scotiæ Regina ad Eliſabetham Reginam Angliæ, Declamationem ironico-patheticam ſatis viuidam, rebus peropportunam, & elegantem.

PAVLVS ZACCHIAS Medicus Romanus edidit,
1 *Quæſtionum Medico-Legalium*, lib. I. Romæ apud Iacobum Maſcardum 1621. in 4. Continet I. *De ætatibus.* II. *De partu legitimo, & vitali.* III. *De prægnantia, ſuperfetatione, & mola.* IV. *De morte cauſa partus.* V. *De ſimilitudine, & diſsimilitudine Natorum.*
2 *Quæſtionum Medico-Legalium*, lib. II. Romæ apud Facciottum 1625. in 4. Tractat I. *De dementia.* II. *De venenis.* III. *In legem Aliquot, S. de Aedil. edicto.*
3 *Quæſtionum Medico-Legalium*, lib. III. Romæ apud eundem 1628. in 4. Tractat I. *De impotentia coëundi, & generandi.* II. *De morborum ſimulatione.* III. *De peſte, & contagio.*
4 *Quæſtionum Medico-Legalium*, lib. IV. Ibid. apud eundem 1628. in 4. Tractat I. *De miraculis.* II. *De virginitate, & ſtupro.*
5 *Quæſtionum Medico-Legalium*, lib. V. apud eundem 1630. in 4.

in 4. Tractat I. *De Ieiunio, & Quadrageſima*. II. *De vulneribus*. III. *De membris, eorumq; mutilatione*. IV. *De aëre, aquis, & locis*. Editæ ſunt etiam Francofurti in 8. Editurus aliquandò,

Quæſtionum Medico Legalium, lib. VI. Tractat I. *De monſtris*. II. *De precedentia inter Medicum, & Iure-Conſultum*. III. *De Medicorum erroribus*. IV. *Miſcellanea*.

De ſubitis, & inſperatis mortis euentibus, eorumq; præcognitione, & præcautione, librum vnicum.

De maculis in vtero à fœtu contractis, quæ vulgò dicuntur le voglie.

De quiete ſeruanda in curandis morbis, lib. III.

De affectione hypochondriaca.

De ſacræ Scripturæ miraculis phyſicam conſiderationem, lib. IV. Italicè item,

Delle paſsioni dell'animo, e de i mali che da eſſe procedono, della lor cura tanto fiſica, quanto morale, lib. II.

Della Birra, ò Ceruoſa, Diſcurſum Medicum.

Del Contagio, oue ſi proua il Contagio eſſer men da temerſi di quello che ſi teme, Diſcurſum.

Del riſo, e del pianto, lib. II. Eius cum laude meminerunt Conſaluus Fernandes in Reuelationes S. Brigittæ, Melchior Lotherius de re beneficiaria, Carranza de Partu naturali, & legitimo, Odoardus Barboſa de Officio, & Poteſtate Epiſcopi, Vincentius Alſarius Crucius in Hiſtoria fœtus, Ioannes Faber de Animalibus Indicis, Petrus Caſtellus in Epiſtolis Epiſt. IV. illi inſcribit, vocatq; *Medendi præſtantiſsimum*, Stephanus Rodericus Caſtrenſis in lib. Hippocratis de Alimento, *Soli inter omnia animalia mulieri eſſe incertum pariendi tempus: quam tamen ſententiam eruditiſsimus Paulus Zacchias doctiſsimè infringit; ſpero fore doctos homines, qui apud illum hanc controuerſiam legerint, ab antiqua hæreſi libenter diſceſſuros*. Marcus Aurelius Seuerinus de recondita abſceſſuum natura lib. 4. *Medicorum, & Iure-Conſultorum Mercurium* appellat, & lib. 6. cap. 4. *Sed de hac omni re cumulatiſsimè, ac perquàm exquiſitè diſputat inter omnes Paulus Zacchias Medicorum, & Iuris-peritorum Hermes Italicus*. En Lector ad eundem optimam optimi Senis Septalij Epiſtolam. Paulo Zacchiæ Medico præſtantiſſimo Ludouicus

Septa-

Septalius S. *Serius, quàm par eſſet, literas tuas, & librum accepi: quæ enim III. Id. April. datæ ſunt, Id. Septemb. ſunt allatæ. moram igitur mearum ne accuſes: neque enim, quod tardiùs reſcripſerim, quod ceſſauerim, arguendus ſum. Sed voluit fortaſsè ſiniſtrum aliquod numen inter ingenij tui celeres impetus, tarditatem aliquam commiſcere tantam ſortem dedignans. Verùm feliciori mixtura propitia ſydera vegetos illos mentis tui ſpiritus maturiori, & tardiori prudentia temperarunt: vndè emergit robuſtus ingenij vigor ſcripturarum, imò conſiliorum omnium argumentum. Laudo igitur in libris tuis duo hæc, in indagandis controuerſijs ſolertiam, in enodandis maturitatē. Quin illud dignius eſt, & non vulgares expoſcit laudes, quod præſtantiſſimas duas facultates, à quibus gubernantur, & ſeruantur homines, nempè Iuris-prudentiā & Medicinā olim inter ſe de principatu concertantes, amicò, & certiſſimo fœdere, quaſi ſorores inter ſe vnieris, vt & leges ſtatuat Medicina, & Iuris-prudentia medeatur. Iamq; Iudex & morborum peccata litesq; concertantium humorum cognoſcet, & remedia præcipiet, & ex aduerſo foro, & tribunali donati Medicinam, nec immeritò quidem, quoniam, & Lex ipſa eſt animorum medela, ac Medicinam verè dixeris corporum legem. Ità, & medentur vtraq; & leges ambæ conſtituunt, & iudicant. At verò & literæ tuæ quamuis omni ex parte mihi gratiſſimæ, ea etiam ratione gratiores fuerint, quod te hominem iam anteà ex editis voluminibus notum, etiam hac, quæ abſentibus conceditur ratione, ſcilicet per Epiſtolam cognouerim. Laudes verò, quibus me, vt amicus potiùs, quàm vt ſeuerus rerum æſtimator ornare voluiſti, ſi mihi non gratiſsimas fuiſſe aſſererem, non ſenſibus meis non aſſentirem, ſed me etiam à communi hominum ratione ſeiungerem; quibus omnibus placet apprimè ſuauiſsimum hoc melos: tum verò à laudatis prouenit viris, tunc demùm omnem ſecum affert iucunditatem, cui neſcio, an aliam parem habeat quantus eſt orbis. Tertij huius voluminis aliquam partem iam legi, tibiq; gratulor, quod licet in iam editis poſſes celebris eſſe, hoc tamen tibi gloria acceſſerit cumulus maior. Proſequere igitur, Vir præſtantiſsime, quo amplexus es literas ſtudio. Licet enim huc vſquè multum creuerit Medicina, ſuas tamen abs te etiam recipit acceſsiones. Interim me ama, & Vale. Me-*

diolani X. Kal. Octob. MDCXXVIII. Retulit mihi cariſſimus Naudæus Pariſienſem Aduocatum cognomento Fuzelletum in linguam Gallicam Quæſtionum Medico-Legalium verſionem conficere.

PETRVS ARCVDIVS Philoſophiæ, ac S. Theologiæ Doctor, Presbyter Corcyræus edidit,

1 *De Concordia Eccleſiæ Occidentalis, & Orientalis in ſeptem Sacramentorum adminiſtratione*. Lutetiæ Pariſiorum apud Sebaſtianum Cramoiſy via Iacobæa 1619. in fol.

2 *Vtrum detur Purgatorium, & an illud ſit per ignem.* Romę Typis, & impenſis S. Congregationis de Fide Propaganda 1622. in 4. Vertit è lingua Græca in Latinam,

Ioannis Vecci Patriarchæ Conſtantinopolitani *Expoſitiones in ſententias Sanctorum Patrum, quas de Proceſſione Spiritus ſancti ille collegerat*.

Gregorij Palamæ *Refutationem Expoſitionum Vecci*.

Beſſarionis *Pro Vecco Apologiam*, ſeù, *Confutationem Confutationum Palamæ*.

Ioannis Vecci *Collectionem ſententiarũ ex Sanctorum ſcriptis, quibus Latinorum dogmata ſtabiliuntur*.

Beſſarionis Epiſtolam ad Alexium Laſcarim Philāthropinum, *De Proceſſione Spiritus ſancti*.

Eiuſdem *Epiſtolam Generalem*.

Demetrij Cydonij Conſtātinopolitani, *De execrandis Dogmatibus Gregorij Palamæ*.

Eiuſdem, *De Proceſſione Spiritus ſancti per XIII. Capita*.

Maximi Planudæ Monachi, *De Proceſſione Spiritus ſancti contrà Latinos*, &

Beſſarionis *ad eadem Reſponſionem*. Et alia, quæ omnia vno volumine edita ſunt ſub hoc titulo,

2 *Opuſcula aurea Theologica quorũdam clariſſimorum Virorum poſteriorum Græcorum, qui extinguenda Græcia inſtar poſtremi ſplendoris, impetu quodam Diuino cùm pietatis, tùm doctrina fulſerunt circà Proceſſionem Spiritus ſancti*. Romæ Typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide 1620. in 4.

Scripſit etiam nōdum editam quod ſciam, *Reſponſionem ad Barlaami Monachi librum de Purgatorio contrà Latinos*, vberem & eru-

eruditam. Laudat eum Laurus in Orcheſtra, *Occurrat ex eodem in Burgheſiano Comitio Petrus Arcudius Helleniſmi, ac doctrinæ ſanctioris peritiſsimus, librum iam pridem de Concordia Orientalis, & Occidentalis Eccleſia ad lucernam Græcorum Patrum vtiliter emolitus.* Et Victorellus in Recenſione, *Petrus Arcudius Græco Idiomate doctus, Latini candorem non cõtempſit, Theologicorum myſteriorum ſcrutator, nouum, eruditumq; confecit Opus mox imprimendum, De Latinæ, Græcæq; Eccleſiæ in Sacramentorum adminiſtratione concordia. Hunc olim Clementis VIII. apud Ruthenos Apocriſiarium Bzouius XIV. Annalium doctiſsimum, & de re Eccleſiaſtica meritiſsimum nuncupauit.* In opere Ciacconiano Notis in Ioannis I. vitam, eum *in Græcorum Patrum libris, in Græcisq; Concilijs benè verſatum* dixit; & in Appendice cap. 19. lib. 2. Inſtructionis Sacerdotum Cardinalis Toleti, *doctum Theologum,* &, *Petrus à Gregorio XIV. primùm, deindè à Clemente VIII. ad Ruthenos in Catholica Religionis puritate erudiendos miſſus fuit; nunc verò Scipioni Burgheſio Cardinali inſeruit, librumq; de Concordia Eccleſiæ Latinæ, & Græcæ in Sacramentorum adminiſtratione non vulgati diligentia conſcripſit.*

PETRVS CASTELLVS Romanus Medicus, Andreæ Baccij, cuius poſteà in locum ſucceſſit, Andreæ Ceſalpini, & Marſilij Auditor edidit,

1 *Chalcanthinum Dodecaporion,* ſiuè, *duodecim dubitationes in vſu Olei Vitrioli cõtrà Raimundum Mindererum.* Romæ apud Iacobum Maſcardum 1619. in 4. Pro Minderero reſpondit Dauid Verbezius Carno-lubeanus Medicus Auguſtanus. Auguſtæ Vindelicorum apud Sebaſtianum Milium 1626. in 4. contrà eundem etiam ſcripſit G. Greps, cuius Epiſtolam habes inter Epiſtolas Medicinales Caſtelli Epiſt. V. cui reſpondit Epiſt. VI.

2 *Defenſio Antiquorum vtentium Arſenico, & Sandaraca.* Romæ apud Maſcardum 1619. in 4. Laudatur hoc Opus, & à Philippo Hechſtetero Medico Auguſtano Decade III Variarum Obſeruationum, & à Paulo Zacchia Quæſtionum Medico-Legalium Tom. II. quęſt. 4.

3 Epiſtolam *De Elleboro* contrà Ioannem Manelphum, & Aëtium Cletum pro Proſpero Martiano. Ibidem apud eundem Maſcar-

Maſcardum 1622. in 4. Reſpondit Manelphus,

4 Epiſt. II. *De Helleboro*, in qua confirmantur ea, quæ in ſuperiori Epiſtola allata fuere. Ibidem apud eundem 1622. in 4.

5 *Epiſtolarum Medicinaliũ*, Decas I. apud eundẽ 1626. in 4.

6 *De Abuſu Phlebotomiæ*. Romæ ex Typographia Franciſci Corbelletti 1628. in 8.

7 *Theſes Philoſophicas, & Medicas*, quibus ſumma Philoſophiæ, ac Medicinæ capita paucifsimis verbis proponuntur. Romæ apud Iacobum Maſcardum 1627. in 4. Italicè verò,

8 *Diſcorſo della duratione delli medicamenti tanto ſemplici, quanto compoſti*. Ibidem apud eundem 1621. in 4.

9 *Breue ricordo dell'Elettione, Qualità, e Virtù dello Spirito, e dell'Oglio acido del Vitriolo*. Ibid. apud eundem 1621. in 4.

10 *Pharmaceutica*, cioè, *Arte della Spetiaria*. Ibid. apud eundem 1622. in duobus folijs magnis expanſis.

11 *Diſcorſo della differenza trà li Semplici freſchi, e li ſecchi, con il modo di ſeccarli*. Ibid. apud eundem 1629. in 4.

12 *Annotationi ſopra l'Antidotario Romano*. Romæ apud Guillelmum Facciottum 1632. in 4.

14 *Incendio del Monte Veſuuio*, ad Eminentiſsimum Lælium Biſciam Cardinalem. Romæ apud Maſcardum 1632. in 4.

14 Alieno nomine *de Plantis*. Ibid. apud eundẽ 1625. in fol.

Habet plurima edenda. Ea ſunt,

Introductio Medicinæ, ad Tirones.

De differẽtijs, & cauſis morborum, & Symptomatũ, ad Tirones.

De Criſibus.

Methodus medendi.

De vero vſu Phlebotomiæ.

De ſignis locorum patientium, Lectiones anni MDCXXVII.

De vrinis, Lectiones anni MDCXXVIII.

De morbis puerorum, Lectiones anni MDCXXIX.

De vomitu, & medicamentis vomitorijs.

Della Peſte Trattato Politico, e Medico.

In Hippocratis librum περὶ παθῶν Commentaria.

Sepulcretum, ſeù, *Anatomicæ Obſeruationes*, quas in centum cadaueribus Romæ fectis notare licuit.

De ſtrumis.

De

De faſcijs.

In Dioſcoridis lib.1. & 2. prælectiones anni MDCXXX.

De Mineralibus, Lectiones MDCXXXI.

Hippocratis materia Medica, ſeù, *Explicatio omnium Plantarum, mineralium, & animalium, quorum nomina, & vſus apud Hippocratem extant.*

Chalcanthum triumphans, in quo traditur eſſentia, & vſus Chalcanthi omnibus difficultatibus ſolutis.

De Lapide Lazuli.

Il vero Solſtitio dell'Opobalſamo.

Aloëdarium.

Delle Acque Romane.

De Animalibus inſectis, Tom. I. in quo libris ſex traditur generatio, tranſmutatio, mos, & facultas animalium inſectorum Terreſtrium, cum Iconibus diligentiſsimè ad viuum delineatis.

De Animalibus inſectis, Tom. II. in quo libris tribus ponuntur Generatio, tranſmutatio, mores, & facultates animalium inſectorum Pennatorum cum ſuis Iconibus ad viuum diligentiſſimè, & varijs coloribus pro eorum varietate expreſſis.

De Odoribus, & Suffumigijs.

Chymicæ Prælectiones, ad Tirones ſuos.

Chymicæ operationes.

Mendacia Chymicorum.

Officina Chymica.

Index remediorum Chymicorum.

L'Ottimo Medico.

Reſponſio ad Ioannem Ponam Veronenſem, ſeù ad ea quæ ipſe notauit in libro de Rarioribus plantis Horti Farneſiani.

Chalcanthum Anti-Cletum, in quo CL. cenſuris notatur liber de Chalcantho Aëtij Cleti Medici.

Critica reſponſio ad litem de Doſi, & facultatibus Diaphinitonis medicamenti, inter Iulium Philippellum, & Vincentium Alſarium Crucium.

Verbetius Verberatus, vbi reſpondetur ad deliramenta pædagogica Dauidis Verbetij obiecta Dodecaporio Chalcanthino pro Raimundo Minderero.

Animaduerſiones in Diſquiſitionem Generalem ad Hiſtoriam

fœtus

fœtus Vincentij Alſarij Crucij.

Il perfetto Spetiale.

Diario per i Spetiali, cioè, *il tempo di raccogliere i Semplici, e fare i compoſti.*

Pharmaconomaſticum.

Del modo di ſeccare i Semplici, Tract.II. Philoſophicum.

Epiſtolarum Medicinalium, Decas 2.3.4.5.6.7.8.

Conſilia Medica.

In Ariſtotelis Problematum, librum primum, & ſecundum Lectiones anni MDCXXVI.

De Ciuetta, ſiuè, *Hyæna odorata Zibethũ gignẽte*, Tractatum.

Veſuuiantium Veſuuium. Et plura meditatur,

Annotationes Proſperi Martiani in omnia Hippocratis opera à filio impetratas, & à ſe recognitas, Typis Maſcardi Romæ imprimi curauit anno 1626. in fol. Libros de Inſectis vidit Paulus Zachias; & laudat Quæſtionum Medico-Legalium tom.4.tit.1. Quæſt.vlt.num.4. *Vermiculos quoque, & ſcarabæos, & plura inſectorũ corpora pluries mutare, & multoties reuiuiſcere, nouasq; formas capeſcere, quicunque experiri volet, facilè poterit, & expertus eſt millies ſolertiſſimus Medicus Petrus Caſtellus, qui & librum quoque de Inſectis confecit, ab ipſomet effigiatum, & varijs inſectorum imaginibus ingenioſiſſimè ornatum.* Marcus Aurelius Seuerinus De nouiſsimè obſeruatis abſceſsibus cap. 23. *Nempè quod vt aduerti principio plurima fermenti vi, & mirifica energia diſſeram hic cum Petro Caſtello Romanæ Scholæ Doctore, & Scriptore in euincendis ſuis placitis acerrimo, atque efficaciſsimo; in Epiſtolarum, inquam Medicinalium 3. 4. 5. in quibus vnis diuinum hominis ingenium facilè perſpexerint docti, quos enim in his diſputationibus maximos ex omnibus Theologos, Philoſophos, Hermeticos, Medicos confirmatores, ac teſtes ſuos non produxit? aut, vt rectiùs dicam, quos horum locos ad hanc diem incomprehenſos non attigit? aut quos eorum abditos ſenſus non aperijt? aut quæ ſubtiliſsima naturæ ſecreta non eueſtigauit? de αὐτοκινήτῳ plaſte, diſcretore, formatore, perfectore, moderatore panturgo ſpiritu philoſophatus.* Et in libri Perorat. *Sed Petrum Caſtellum noſtrum Romæ Necrotiriſes ampliſsimè profeſſum, ac iuſto has volumine complexum, de operis quidem editione plus*

ſemel

ſemel efflagitata, mihi ſicut confido gratificaturum opperiri præſtat, nimirùm vt ad illuſtres ſuas enarrationes accedens aliquãdo deſpicabilis noſtra, lumen, ac ſplendorem indè recipiat nõnullum. Et Stephanus Rodericus Caſtrenſis in Commentario Hippocratis de Alimento. *Horum ignium cauſas tàm efficientes, quàm materiales multi Viri doctiſsimi indagarunt, & nouiſsimè eruditiſſimus Petrus Caſtellus in Libro de Incendio Veſuuij, vulgari ſermone, non vulgari tamen doctrina edito, quem meritò D. Angelus Collius vir omni æſtimatione maior, rara, & pulchra eruditione refertum eſſe, in Cẽſura præfixa fidem facit.* Eſtq; noſtrum in eundẽ de Incendio Veſuuiano ſcribẽtem Epigrãma Græcum.

Φλοξὶ μὲν ἐνδομύχοισι βιάζετο Βέσβιον οὖρος
 Μηδὲ φέρον γ᾽ ὀδύνας νέρθεν ἔσφσε βάθρα.
Καπνοῦ τ᾽ ἀκαμάτου πυρσούμενον ἔκτοθι βάλλον
 Κρουνὸν πρὸς θαλάμοις ἔρρεεν αἰθερίοις.
Τοῖς σέλας ἠμαύρωσε, καὶ ἠελίου σβέσεν αὐγάς,
 Ενθεν ἔπεϊτ᾽ ὀλοὴ νὺξ χθονίοισι χύθη.
Καὶ πυρὶ πάντ᾽ ἀμάθυνε, κόνιν δ᾽ ἀπεσείσατο δεινὴν
 Τηλόθεν ἱσταμένοις, καὶ ναέταισι μόρον.
Φείσατο δ᾽ οὐ μελέων, τὰ ῥ᾽ ἀπέσπασεν εἰς ἀλὸς οἶδμα,
 Αλλοδαπὴν τ᾽ ἐς γῆν ῥίψαν ὅπως κονίην.
Δείματι πᾶς τις ἄλυξε παλίντροπος, ἄχθος ἀπ᾽ ὤμων
 Βάλλεν Ατλας, κόσμου πάντα δ᾽ ἔναλλα πέλεν.
Φαῖντο βροτοὶ Χάεος πρωτόσπορον αὖθις ἐς εἶδος
 Παύτα μολεῖν φύρδην, καὶ κλονέοντο δέει.
Πέτρος δ᾽ εὐφροσύνης κρυφίης ἐπιβήτορι θυμῷ
 Αἶψ᾽ ἀπαγγείλας φωσὶν ἔθηκε θρόσος.
Παῦσε φλόγας τε, κλόνον τε, σέλας δωρήσατο Φοίβῳ
 Γῇ μορφήν, πόντῳ πεῖρας, Ατλαντι πόλον.

Quæ ſic vertebat Andreas Baianus.

Dum rapidos ſecum patitur Veſuuius ignes,
 Viſcera mota negat ſuſtinuiſſe dolor.
Ergò immenſa rotans incendia fluminis inſtar
 Ad thalamos illud projicit æthereos.
Nec mora nube iubar tinxit, detonſus Apollo
 Viſus, & hinc terris nox malè ſana ruit;
Omnia flamma vorat, cinis ater in æthera ſurgit,

Ingens longinquis, finitimisq; malum.
Nec membris parcens auulſos fluctibus artus,
Campisq; impingit fruſta velut cinerem.
Territa cum Thetis refugit, mundiq; reiectat
Pondus Atlas, quo ſuſque omnia, deq; mouet.
Primæuum mortale genus Chaos indè reuerti
Dum pauet, atquè videt omnia mixta putat.
At PETRVS multas prudenter in omnia cauſas
Omnibus adducens, auſa, animosq; dedit.
Iam motus flammaq; quies, lux reddita Phœbo,
Terra forma, mari meta, & Atlanti polus.

PETRVS CIOFFIVS Empulitanus Tiburt. Diœceſis edidit,

1 *Opuſcula* varia, maximè verò Theologica, in quibus, *De Deo Vno, Trino, Incarnato, De Angelis, De Homine*, quatenus ſubiecta ſupernaturalium ſunt, *De Sacramentis in genere, De Gratia, Fide, Spe, Charitate, & Gloria*. His tres Philoſophicas Diſceptationes ſubnexuit, *De Subſtantiali Elementorum ſimplicitate, De Continuo, Motu, ac Tempore Phyſicis. De Fluiditate Cœli Aetherei. De Symphoroſiana Familia* Carmen. Et carmine

2 *Sacrarum Deſcriptionum*, lib. XX. Romæ ex Typographia Bartholomæi Zannetti 1621. in 4.

3 *Eccleſiaſticarum Deſcriptionum*, lib. XX. Romæ apud Hæredem Bartholomæi Zannetti 1622. in 12.

4 *Eccleſiaſticarum Deſcriptionum*, alios lib. X. Romæ apud eundem 1625. in 12.

5 *Quæſtiones IV. De ſacris figuratiuis. Epiſtolam* item vnam cum *Appendicibus* quibuſdam, ſeù quaſi *Corollarÿs*; & *Verſus* aliquot doctrinam eandem compendiosè, ac diuerſimodè continentes. Fulginiæ apud Auguſtinum Alterium 1626. in 12. Elucubrauit earundem *Eccleſiaſticarum Deſcriptionum* alios libros plures, quibus veteris, ac noui Teſtamenti, & ſubſequentium temporum Hiſtoriam continuat ad Vrbanum VIII.

Carmina item pleraq; varij argumenti, ſed quibus præcipuè Eccleſiaſticam antiquitatem illuſtrat.

PETRVS FRANCISCVS PAVLIVS Piſaurienſis Excellentiſsimi Principis Sabellij à Secretis edidit Italicè,

1 *Rime*. Ferrariæ apud Impreſſores Camerales 1609.

Digitized by Google

2 *Rime*, volumen alterum. Romæ. & Mutinæ apud Iulianum Caſsianum 1619. in 12. Victorio Principi Pedemontano.

3 *Orfeo Epitalamio*, in Nuptijs Principis Vrbini. Piſauri apud Flaminium Concordiam 1621. in 12.

4 *Scelta di Rime*. Venetijs apud Iacobũ Sarzinã 1622. in 12. Biſsinianenſium Principi, & anno 1630. Petro Loredano.

5 *Gioue Epitalamio*, in Nuptijs DD. Petri Aldobrandini, & Carlottæ Sabellæ. Romæ apud Maſcardum 1628. in 4.

6 *Amore Epitalamio*, in Nuptijs DD. Gaſparis Torres, & Mariæ Serlupę. Romæ apud Ludouicum Grignanum 1630. in 4.

7 *Canzone*, in Nuptijs DD. Barberinorum.

Epiſtola del Fiume Sebeto al Teuere, in eaſdem Nuptias. Romæ apud Impreſſores Camerales 1629. in 8. Mox vulgabit,

Vn'alto volume di Rime varie, & inter ea.

Vna Canzone grande ſopra la Penna.

Lettere varie, volumen vnum.

Diſcurſus, quos in Academia Humoriſtarum publicè recitauit, I. *Del Silentio*. II. *Sopra quella Sentenza*, Vexatio dat intellectum. Viri cum laude meminerunt, Ioannes Baptiſta Guarinus in Cantione, quam inſcripſit *Cenni*, Scipio Tolomæus literis ad eundem datis, Ioannes Baptiſta Marinus in Præfatoria Epiſtola ante ſua Carmina, Laurus item in Orcheſtra, *Petrus Franciſcus Paulius Italicè maluit, Virgilianum Aceſtem æmulatus non in eo, quod fruſtrà,* Æthereas telum contorſit ad auras, *ſed quod ipſũ Aeneas præ cæteris victorẽ renũciauit & corona laurea inſigniuit.* Et Epiſtola LXXX. in Centuria Selecta. *Odarum tuarum volumen alterum in quo vſque adeò ſapienter ludit Hetruſca Venus, contigit mihi nuper legere apud Francuccium, vtriuſque noſtrum amantiſsimum, cum in Collegium Græcorum diuertiſſem, quos ille ſanctioris doctrinæ penu copiosè nutrit. De libro quidnam ſentiam, quantunque fuerim in ſingulis exoſculatus lepores vndiq; Gratijs ſcatentes, vndiq; elegantibus aculeis vellicantes, de eodem Francuccio audies, qui non modo ſententiæ noſtræ quæcũque ab erecto in tui admirationem animo proficiſci potuit, locupletes teſtis erit: verùm etiam ipſe, de cuius iudicio placere tibi admodum queas, conſtanter affirmabit: in vniuerſa illa Odarum ſerie nihil reperiri non ſanum, lepidum, argutum, emendatum. Equidem*

dem tribuebam antea multum eo in genere Coppetta, atque Alberto meis, nõ tàm, quia cũ ambobus ius Patria mihi cõmune erat; quàm quia à veſtra diſciplina coryphæis in meliorẽ claſsẽ relatos ſciebam. Nunc ſi ijdem reuiuiſcant, tuarumq; Muſarum feſtiuitates, & ſeria contemplentur, liquet deierare, ceſſuros vltrò tibi tamquàm Cygno fulicas. Sed mitto priuatim illud tecum, quod nulla fuci ſuſpicione vſurpare vulgò licet, idq; plauſu literatorum accedente, à quorum ſenſu meus, qui diſcrepet? Et quibus ſi ex conſuetudine Veterum Comitiorum tabula circumferretur, haud dubiè puncto appoſito centuriatim omnes tibi ſuffragarẽtur. Enim verò pars haud ita pridem edita legentis adeò ſitim non ſedauit, vt vehementer accenderit, nihilq; in hoc otio Tiburtino malim quàm priorem deguſtare. Eius tù, vir humaniſſimè, ne ad alium fruſtra ſit eundum, valdè cupio mihi copiam legendæ facias, neque homini tui ſtudioſiſsimo paucarum horarum inuidere voluptatem decet: ſicut nec à Muſis tuis nouas libationes auertere, quibus veluti alias è Græcia, aut Latio profectas ſemper colui; Ita Hetruſcis tuis Thymiama eò vberius debeo, quò illas iam ſum expertus cæteris canere ſuauius, grandius, rotundius.

PETRVS IACOBVS BACCIVS Aretinus Congregationis Oratorij Presbyter edidit Italicè,

1 *Vitam S. Philippi Nerij Florentini Congregationis Oratorij Romani Inſtitutoris*. Romæ apud Maſcardum 1625. in 4.

2 *Sommario della vita di S. Filippo Neri*. Ibidem apud eundem 1625. in 12.

Vitam S. Philippi, Latinam fecit ſed non vulgauit,

Paraphraſim item *Pſalmorum* in octaua, quam dicunt, Rimam conſcripſit, quæ iuſti Commentarij loco eſſe poterit.

PETRVS LOSADA Canonicus Giennenſis edidit,

Diſputationem Apologeticam pro vnico D. Iacobi Apoſtoli in vniuerſam Hiſpaniam Patronatu, ad Decanum, & Capitulum Eccleſiæ Compoſtellanæ. Giennij 1628. in fol.

PETRVS MARIA CAMPVS Canonicus Placẽtinus edidit,

1 *Relationem ad Gregorium XV. tranſmiſſam ſuper proceſſu, & cauſa Canonizationis, ſeù, Beatificationis Gregorij X.* Placentiæ Typis Alexandri Bazadi 1624. in 4.

2 *Vitam S. Antonini Martyris è legione Thebanorum Placentia*

Digitized by Google

centia Protectoris. Placentiæ apud Ioannem Bazachum 1603.

3 *Tabulam* cum hoc titulo. *Inſignium geſtorum S. Antonini Martyris Placentiæ Tutelaris, aliorumq; Sanctorum, quorum ſacra pignora in eius D. Martyris celeberrimo templo aſſeruantur, & præcipuorum ipſius templi Ornamentorum, & priuilegiorum ſeries breuiter deſcripta, & ex veteribus monumentis deprompta*. Placentiæ apud Ioannem Bazachum 1603. Scripſit aliorum Sanctorum Placentinorum vitas, & eorum quorum corpora in eadem Ciuitate Placentiæ quieſcunt cum hoc titulo,

Li Fiori eletti del Campo di Piacenza, &

Hiſtoria Eccleſiaſtica Placentina, lib. XXIV.

PETRVS MARIA ZECCHINVS edidit Italicè,

La Flaminia Schiaua. Venetijs apud Thomaſiũ 1612. in 12.

PETRVS MARTINEZ de HERRERA Carmelitanæ Religionis Procurator Generalis edidit Sermone Hiſpanico,

El Prencipe Aduertito, y declaracion de las Epigramas de Napoles la Viſpera de S. Iuan. Neapoli apud Scoriggiũ 1631. in 4.

PETRVS RODVLPHINVS I.V.D. Cortonẽſis edidit Italicè,

Compendio dell' Iſtoria, e Pianta della Città di Cortona. Romæ apud Ludouicum Grignanum 1633. in 4.

PETRVS A VALLE Peregrinus Patritius Romanus edidit Latino, & Hetruſco idiomate,

1 *Orationem in Funere Maanis Ioëridæ conſortis*. Romæ apud Hæredem Bartholomæi Zannetti 1627. in 4.

2 *Delle Conditioni di Abbas Rè di Perſia*. Venetijs apud Babã 1628. in 4. Sed ſecunda editio Romana legitima reputatur.

3 Epiſtola ad Nobilem Perſam, *De quibuſdam Controuerſijs Fidei*, Perſico Sermone, cum Interpretatione Latina iam ſub prelo eſt. Varia conſcripſit, quæ editionem expectant,

De Regionibus ſubiectis Recentiori Perſarum Imperio.

Grammatica della lingua Turca.

Dei O.M. attributa, ſiuè, *nomina mille*, Arabicè, ac Perſicè ſcripta, à probatiſsimis Auctoribus ab ipſo Latinè reddita.

Compendio dell' Iſtorie Perſiane dal principio del mondo fin quaſi à noſtri tempi, con vna Cronologia delle ſteſſe.

Vn volume di Lettere, con ampia Relatione di tutti i ſuoi viaggi di Perſia, India, e Turchia.

Profeſſio Fidei Muhammedanorum iuxtà ritum Sciaitarum, ex Perſico idiomate in Latinum verſa.

Ephemeris Perſica vnius anni, Latinè reddita.

Informatione della Giorgia, ad Vrbanum VII. cui, ſi Deo placuerit, addetur,

L'Iſtoria della Miſſione de' Padri Theatini à quei popoli, fatta per ordine del medeſimo Pontefice, con i progreſſi di eſſa.

Compendio del libro del Padre Chriſtoforo Borro, de tribus Cœlis *in lingua Perſiana, con l'Interpretatione in Toſcano.*

Annotationes in librum Fratris Thomæ à Ieſu, De procuranda ſalute omniũ Gẽtiũ. Luſit etiã iuuenis proſa, & vorſa Oratione,

Gli Amori Peſcatorij.

Lettere Peſcatorie Amoroſe.

Vn Dialogo della Elettione della Dama.

Vn Sogno Amoroſo con certa inuentione.

Vna Fauola di doi Simili, alludendo à certi caſi veri. Horum potior pars cum Conſtantinopoli remearet Venetias à plagiarijs, qui nonniſi aliorum plumis conſpicui nugas vendunt, clanculum ſurrepta eſt. Pleraq; etiam meditatur,

Reſponſionem ad librum Perſarum apologeticum aduerſus Epiſtolam ab ipſo ſcriptam, lingua Perſica.

Loca Alcorani contraria textibus librorum ſacræ Scripturæ, qui à Muhammedanis recipiuntur, vt Libri de Fide.

Eiuſdem Alcorani Anachroniſmos, & alia ſimilia. Hinc librum à Deo non eſſe facilè dignoſcitur, Perſico ſermone.

L'Iſtoria della ſua Famiglia.

Vna raccolta d'Impreſe da lui fatte con le loro eſplicationi, & con l'Iſtorie de' caſi à propoſito delli quali furono fatte.

Ben Ithem Auctorẽ Arabem antiquũ de quadratura circuli Latinum factum. Illius honorificè meminerunt Itali, Latiniq; Scriptores, Bartholomæus Serenus libro, cui titulum fecit, *Della Lancia del combattere alla sbarra, e delle Impreſe, & inuentioni cauallereſche.* Franciſcus Valẽtinus in libro, cui nomen indidit, *Deſcrittione del Torneo fatto à Napoli l'anno MDCXII.* Octauius Sapiẽtia in ſuo *Nueuo Tratado de Turquia.* Franciſcus à Valle in ſecunda parte Carminum Italicorum, Antonius Brunus in Epiſtolis Heroicis, Chriſtophorus Bronzinus in Dialogis Ita-

Italicis *Della dignità, e nobiltà delle Donne*. Fabius Columna in libris, quos edidit, *Delle Piante ſtraniere.* Andreas Victorellus in opere Ciacconiano in Andrea Vallio Cardinali à Leone X. creato, Ioannes Morinus Bleſenſis in Exercitationibus Eccleſiaſticis in vtrumque Samaritanorum Pentateuchum, Exercit. 1. cap. 1. inter alia de eo hæc habet, *qui cum literarum, & antiquitatis ſit amantiſſimus, ex Oriente vbi multis annis vixit, Pentateuchum charactere, & lingua Samaritanum ſecum attulit, quē nobis, vt euulgetur, pollicitus eſt, & breui ſperamus accepturos*, & Exercitatione 4. cap. 10. *Cum enim folium proximè præcedens ſub prœlo eſſet opportuniſſimè Roma Lutetiam appellit, & nobis traditur Pentateuchi Samaritani Samaritana tranſlatio, de qua capite primo ſermonem fecimus. Literarum amantiſsimus Petrus à Valle Patritius Romanus, ex Illuſtriſs. Familia oriundus, non tantùm promiſſa præſtitit, verùm etiàm, vt quàm fieri poterat, ſecurè, & maturè præſtaret, omnem lapidem mouit. Tam officioſi in rem Literariam animi gratiarum illi agendarum reus non ego ſum tantùm, ſed quotquot ſunt, & erunt Literarum ſacrarum ſtudioſi. Liber ille integer eſt, ſplendidè compactus*, &c. & alijs etiam locis. Quanti Virum fecerit Sebaſtianus Tengnagelius Bibliothecarius Cæſareus literis ad ipſum datis, expreſsit. præcipuà ſunt, *Quantoperè prima illa tuarum Orientalium cupediarum promulſis, palato meo melli, atquè volupiæ fuerit, vix verbis aſſequor, ideòq; orexim meam primo hoc miſſu nimium quantum proritatam, ſecundis tuis ferculis, vti affatim expleas, etiam atque etiam V.C. obnixè rogo. Immortales ſanè grates optimo, ac omni literarum genere eruditiſsimo Patri Societatis Ieſu Sgambato amico noſtro eximio debeo, cuius conciliatura ad Viri omni virtutum cultura illuſtris, linguarum Orientalium peritia celebris, atque adeò totius quaſi Orbis Aſiatici perluſtratione nobilis amicitiam auro contrà caram gradum mihi beniuolè praſtruxit, quam vt crebriori literarum alloquio ſubindè firmes, atquè amplifices, non contendam pluribus ab illuſtri humanitate tua eblandiri, ne de inſignita tua benignitate, pronoq; in me haud quaquam meritum affectu ſubdubitare videar. Hiſtoriam Schas Abas inclyti Perſarum Regis, quam iam affectam, aut planè confectam habes, vtinam primo quoque tempore dias*

in luminis oras, vt cum Lucretio loquar, euulges, haud dubiè omnes Europæi illam maximo exciperent ſtudio, atque plauſu, &c.

PHILIPPVS FABER Fauentinus Ord.Min. Conuent.edidit,

1 *Diſputationes Theologicas complectentes materiam, De Peccato, De Purgatorio, De Suffragijs, De Indulgentijs*, atque alia omnia quæ Theologi tractant in 4. Sententiarũ à diſt. XIV. vſque ad XXII. Venetijs ex Officina Marci Ginami 1623. in fol.

2 *In lib.* 1. *Sentent.* Item *de Oratione, & Angelis, De Incarnatione in genere, & ſpecie*. Venetijs 1619. in fol.

3 *In Philoſophiam Scoti*. Venetijs 1616. in 4.

4 *Aduerſus Atheos*. Venetijs 1629. in 4.

PHILIPPVS GVADAGNOLVS Malleanenſis Clericorum Regularium Minorum edidit,

Apologiam pro Chriſtiana Religione, qua reſpondetur ad Obiectiones Ahmed Filij Zin Alabedin Perſæ Aſphaenſis, contentas in libro inſcripto Politor Speculi. Romæ Typis S. Congregationis de Propaganda Fide 1631. in 4. Habet penès ſe.

Theſaurum, ſeù, *Dictionarium Arabicum*.

Grammaticam Arabicam.

Sermones. & alia.

PIVS MVTIVS Mediol. Abbas Benedictinus edidit Italicè,

Conſiderationi ſopra Cornelio Tacito, nelle quali ſi trattano le più curioſe materie della Politica. Brixiæ apud Bartholomæũ Fontanam 1623. in 4. Scripſit in alterum Cornelij Taciti librũ,

Conſiderationes, cum iam editæ tantùm ſint in primum illius librum. Item Italicè,

Diſcorſi L. Politici ſopra li accidenti moderni.

Diſcorſi Academici varij.

Giudicij varij ſopra l'Opere altrui. & alia, ſed minoris momẽti.

PLACIDVS PHILINGERIVS Neapolitanus Iunior Clericus Regularis edidit,

1 *In honorem Beati Iacobi Salomonij Ordinis Prædicatorum*, Orationem habitam in templo S.Mariæ ſuper Mineruam. Bracchiani ex Typographia Andreæ Phœi 1622. in 4.

2 *In Funere Card.Montalti.* Romæ apud Maſcardum 1623.

3 *In Feria quarta Cinerum*, Orationem quam habuit in Sacello Pontificio, Romæ.

POM-

POMPEIVS THOMASSINVS I.C. Ripanus edidit Italicè,

1 *Trionfo Funebre*, in obitu Excellentiſsimi Principis Sabelli Legati Cęſarei. Romæ apud Grignanum 1633. in 4.

2 Audio nunc eiuſdem Tractatum, *De Ciuitate, eiusq; Statu, Iure, & Regimine, Publico, & Priuato, Eccleſiaſtico, & Seculari, Legali, & Politico*, Lugduni imprimi in folio apud Laurentium Durantium. Tractatum variæ, ac ſubtiles Quæſtiones talium rerum expertiſsimi Andreæ Matthæij Eminentiſsimi Cardinalis Biſciæ Auditoris, de Iuribus Eccleſiaſticis, & potiſsimum de Immunitate in eo à Thomaſsino inſertæ locupletiorem faciunt. Inter eas non infimæ ſunt,

An Clericus confugiens ad Eccleſiam gaudeat illius immunitate; & quid de Iudæo & Infideli.

Clericus coniugatus habens requiſita S.Concilij Tridentini, an gaudeat priuilegio Fori, etiam in Ciuilibus.

Clerici non habentes requiſita an vigore cap. 6. ſeſſ. 23. ita priuentur priuilegio Fori, vt nec etiam ab Epiſcopo vindicari poſsint, & vltrà priuilegium Fori intelligantur priuari etiam priuilegio Canonis, & immunitate à Collectis.

Familiares Epiſcoporum an gaudeant priuilegio Fori, & ſi delinquant extra Diœceſim, an remittendi: & quid de familiaribus Cardinalium, & an ſubijciantur Ordinarijs locorum.

An ſtante Bulla Gregorij XIV. immunitate gaudeat, qui occidit aliquem in ſcalis Eccleſiæ, ſeù malis artibus, & ſtudioſè educit ab Eccleſia, eductumq; extrà eam occidit.

Ad effectum conſignandi Iudici Laico extractū ab Eccleſia, an in terminis dictæ Bullæ requirantur probationes plenæ, vel ſufficient inditia ad torturam: & in iſto caſu, qua cautela vti debeat Eccleſiaſticus, & an teneatur ſtare proceſſui formato à Laico.

Iudices Laici an poſsint cognoſcere de Clericatu ſaltem in Regno Neapolis propter ritum 65. & 235. illius Magnæ Curiæ, & quomodò occurrendum.

An requiratur declaratoria Iudicis Eccleſiaſtici, vel quid aliud ad effectum, vt ipſi cognoſcere poſsint de Clerico aſſaſsino.

Statutū Laicorū prohibēs extractiones, An liget Eccleſiaſticos, aut ſaltē eorū conductores: & An iſtis ſuffragetur, quod locatio facta fuerit cū expreſsione immunitatis cōpetētis ipſis Eccleſiaſticis.

An Iudex Laicus poſsit ſententiam latam contrà Laicum exequi contrà hæredem, qui ſit Clericus, & quid de inſtantia cepta contrà Laicum defunctum. Vtinam nobis Andreas, & quæ in Bullã Gregorij XIV. de Immunitate Eccleſiaſtica, exacto omniũ, quę adhoc negotiũ facere videbantur, examine, cõſcripſit, typis comitteret. Quid verò ex eius calamo ſperandum ſit, Vir noſtro æuo, & eruditione, & diſciplinarum omni genere laudatiſſimus Chriſtophorus Scheiner Epiſtola ad me data ſignificauit. Ea eſt. Leoni Allatio ſuo Chriſtophorus Scheiner S.P.D. *Iudiciũ tuum, quod ex te de Andrea Matthaio Auditore Eminentiſs. Card. Biſcia Viro Clariſsimo perſæpè audiui, ex illius ſcriptis, quæ mihi legenda dediſti, omninò ſincerũ, atq; ab omni aſſentatione vacuũ reperi. Et, ſi ex penna Aquilam diſcernere fas eſt, ingenium hominis induſtrium, exactum, veritatis amans, iudicio maturum, claritate perſpicuũ, doctrina exoſculor copioſum. Vndè operæpretiũ facies, ſi illum ad euulgandum ſuum, quem ſuper Bullam Gregorij XIV. de Immunitate Eccleſiaſtica, conſcripſit Commentariũ, exſtimules: præſtabis in hoc obſequium non vulgare publicis Literatorũ votis; quos non latet ab huius Eminentiſs. Principis familia nil niſi ſelectum, nil niſi eximium, atq; communi Eccleſiæ bono ſalutare poſſe prodire; in cuius Palatium Muſæ non tã commigraſſe, quã natale ſolum videntur poſuiſſe; qui raram cum virtute eruditionẽ quaſi iure hereditario ſibi à maioribus traditam acceperit. Si ſecundùm Eccleſiaſticum, gloria hominis reſultat ex honore Patris ſui, nulli hac in parte primas dabit Eminẽtiſs. Card. Biſcia, qui habuit patrem Bernardinum Biſciam, inter Iuris-peritos ſui temporis facilè Principem, ita ſentiente grauiſſimo Rotæ Romanæ Senatu, ita confirmante grata ipſius in hominũ animis, etiamnunc vigente memoria. Loquuntur hoc ipſius ſcripta typis concredita; potiſsimum autem incredibile ipſius in libris verſandis ſtudium oſtentant tot immanes ab ipſo relicti Manuſcrip. Codices, quos* Iuris Repertoria *indigetant, ad quos in dubijs Quæſtionibus feliciùs concurritur, quàm olim ad folia Sybillina, aut Oracula Delphica. Obſtupui conſpecta iſtorum Voluminum, & multitudine, & magnitudine, quorũ craſsitudo non palmo, non pede, ſed cubito menſuranda eſt; & ſinguli vitam hominis exigerent, omnes aliquot ſecula: quibus ſimile in nulla vnquã Bibliotheca ſpectaui, luſtraui autẽ multas* in-

inſignes, an fortè ſpectaturus ſim, haud ſcio. Hinc non eſt mirum, ſi Andreas Matthaius tanta doctrina ſua flumina mittit, qui ex iſto vaſtiſsimo Oceano quotidiè largiſsimè bibit: neq; te minùs beatũ cenſeo, qui dimiſſa etiã tua olim florẽte Græcia, Romæ apud Biſciã Parnaſſos fertiliſsimos, Heliconas amœnos, delicioſa Tẽpe, ſuauibus odora roſarijs Pæſta grata commutatione inueniſti: in quibus nec ſuus tibi deeſt Apollo veritatis oracula fundens; qui tametſi in omnes quaquauersùm beneficos emittat radios; in Eccleſia tamẽ immunitatem ſartam tectam ſeruandam, irretortum ſemper, atq; inconniuentẽ figit vultũ. Scilicet alibi Ius, & fas, & libri, magno pretio cõparantur; in domo Biſciana hæc omnia ſpontè naſcũtur, & in alios gratis effluunt. Vale amicorum optime. In Vrbe Idib. Maij 1632. Scripſit denique Thomaſsinus

Philoſophiam Legalem, in qua Naturalis, Moralis, Iuridicæ, & Politicæ ſcientiæ Propoſitiones, & Quæſtiones plures ex Philoſophis, & Iure-conſultis pertractantur. Et Italicè plures,

Diſcurſus Academicos. De eius Ciuitate robuſtè admodùm, ac facundè Petrus Franciſcus Paulius.

POMPEIO THOMASSINO
Qui
Præpotentes Vrbium conditores æmulatus
Priuato è lare ſolius calami viribus
VRBEM verè vnicam extruxit,
Cuius Mœnibus circumſeptus
Orbem luſtrabit vniuerſum.
Ad Cuius Horrea pro alendis ingenijs
Segetes aduexit incorruptas,
In Cuius Aedes
Periclitantes Virtutes tanquam in Aſylum recipit,
E Cuius Turribus, Inuidiam iaculis figit,
In Cuius Regia
Dulcem exercens Tyrannidem,
Illuſtrioribus animis Coloniam aperit.
PETRVS FRANCISCVS PAVLIVS
Hoc gratulationis, atque obſeruantiæ argumentum
Exhibet.

Digitized by Google

Eiuſdem de Eodem Diſtichon.

Intereunt ſaxis fundata ingentibus Vrbes,
Innixa hæc chartis non timet interitum.

Et illud.

Fama ſolo immotas Vrbes cecidiſſe recenſet,
Nobilibus chartis hæc benè tuta manet.

R

RAPHAEL AVERSA à S. Seuerino Clericorum Regularium Minorum Præpoſitus Generalis edidit,

1 *Logicam Inſtitutionibus prauijs, quæſtionibus contextam*. Romæ apud Iacobum Maſcardum 1623. in 4.

2 *Philoſophiam, Metaphyſicam, Phyſicamq; complectentem Quæſtionibus contextam,* Tom.I. in quo de Ente in communi, & primis eius generibus. Ibidem apud eundem 1625. in 4.

3 *Philoſophiam, Metaphyſicam, Phyſicamq; complectentem Quæſtionibus contextam,* Tom.II. in quo de Entibus corporeis, & ſpiritualibus. Ibidem apud eundem 1627. in 4.

4 *Sacram Theologiam cum Doctore Angelico in tres partes diſtributam, Quæſtionibus contextam,* in qua de Deo in ſe, & quatenùs rerum principio. Ibidem apud eundem 1631. in 4.

REGINALDVS LVCARINVS Ord. Præd. edidit, *Laudationem S. Thomæ Aquinatis*, habitam ad Sacrum S.R.E. Cardinalium Collegium in Templo S. Mariæ ſuper Mineruam. Romæ apud Guillelmum Facciottum 1622. in 4.

S

SANCTIVS de S. CATERINA Ord. S. Bernardi edidit Italicè,

1 *Punti per vn Religioſo, che deſidera d'acquiſtare vna profonda humiltà*. Romæ apud Corbellettum 1631. in 16.

2 *Fiam-*

2 *Fiamma d'Amore di Dio, tradotta dalla lingua Franzeſe nell'Italiana dal medeſimo Padre.* Ibid. apud eũdẽ 1629. in 16.

SCIPIO ROTA edidit Italicè,

Dialogi ſopra la Traſfiguratione di Gieſu Chriſto, con piaceuoli Intermedij. Romæ apud Facciottum 1615. in 12.

SCIPIO de RVBEIS Florentinus Congregationis Oratorij Romani Sacerdos edidit,

1 *Aphoriſmos Epiſcopales ex Doctorum ſententijs collectos.* Romæ Typis Iacobi Maſcardi 1631. in 12.

2 Sub nomine Petri de Rubeis, *Ad Miſſalis Romani rubricam de occurrentibus in Miſſarum celebratione defectibus ex approbatis in vnum collectis Auctoribus cum nonnullis appoſitis exemplis, ac doctrinis.* Florentiæ ex Officina Pignorij 1629. in 8.

SCIPIO SGAMBATVS Societatis Ieſu edidit,

1 *Exercitationem Theologicam.* Antuerpiæ ex Officina Plantiniana 1631. in fol.

2 *Orationem Funebrem habitam à ſe in Exequijs Cardinalis Cleſellij.* Viennæ in 12. Habet præ manibus,

Emendationes Hebraicas, magnum Opus, cuius etiam cauſa Romam venerat, vt conſuleret Summum Pontificem.

SEBASTIANVS CAETANVS Ordinis Minorum de Obſeru. Miniſter Prouinciæ Terræ Laboris edidit,

Commentarium in decreta Cardinalium Congregationis rituum circa Miſſarum celebrationem. Neapoli 1630. in 4.

SEBASTIANI IOZII editæ ſunt Epiſtolæ,

1 A Vincentio Alſario Crucio lib. de. Quæſitis per Epiſtolam pag. 122.

2 A Petro Caſtello prima Decade, Epiſt. 8.

SERGIVS RISIVS Archiepiſcop. Damaſcenus edidit,

Pſalmos lingua Syriaca, & Arabica in Monte Libano in Monaſterio S. Antonij, & S. Ioannis Euangeliſtæ 1610. apud Paſcalem Eli Camertem & Guidum Spiritum. Vertit præterea,

Pentateuchum Syriacum in linguam Latinam, &

Prophetas Eſaiam, & Ieremiam. Sed non edidit.

SFORTIA MARCHIO PALLAVICINVS Theologus, & Iuris-Conſultus edidit,

1 *De vniuerſa Theologia,* lib. IX. ad Vrbanum VIII. Romæ

Typis

Typis Franciſci Corbelletti 1628. in fol. Italicè verò,

2 *Canzone*, in Nuptijs DD. Thaddæi Barberini, & Annæ Columnæ. Romæ apud Impreſſores Camerales 1629. in 8.

SIGISMVNDVS SCACCHIA I. C. Romanus edidit,

1 *De Iudicijs*, Tom. II. quorum alter impreſſus eſt Venetijs apud Seſſam in fol. alter Romæ apud Zannettum in fol.

2 *De Sententia, & re indicata*. Romæ apud Caballũ in fol.

3 *De Appellationibus*, in duas partes, & viginti Quæſtiones diuiſum ad Paulum V. Romæ apud Maſcardum 1612. in folio, & Francofurti ex Collegio Paltheniano 1615. in folio.

4 *De Cõmercijs, & Cãbijs*. Romæ apud Maſcardũ 1619. in f. Laudatur paſſim à recentioribus. Nunc ſcribit,

De Iuſtitia, & *Iniuſtitia*.

SIGISMVNDVS à BONONIA Ordinis Minorum S. Franciſci Capuccinorum edidit,

De Electione, & Poteſtate Prælatorum, & aliorum Officialium Regularium. Bononiæ apud Hæredes Roſsij 1626. in fol.

SILVESTER ZACCHIAS Pauli F. I. C. Romanus edidit,

1 *De Obligatione Camerali Reſolutiones*. Romæ apud Ægidium Spadam 1615. in 4.

2 *De modo validè contrahendi Societates ſuper Officijs Rom. Cur.* ſiuè, *Ad formulam inſtrumenti Societatis Officij*, Diſcurſũ. Cum *Additionibus* ad ſuas Reſolutiones de Obligatione Camerali. Romæ Typis Cameræ Apoſtolicæ 1619. in 4. Parat,

De Præcedentia, Tractatum, &

Deciſiones varias.

SILVERIVS PICERLIVS Reatinus Ordinis Minorum de Obſeruantia edidit Italicè,

Specchio primo, & ſecondo di Muſica. Neapoli apud Octauium Beltramum 1630.

SIMON BASSVS Nobilis, & Canonicus Beneuentanus edidit Italicè,

1 *Rime Toſcane*, ad D. Franciſcum de Caſtro Tauriſanæ Principem. Madriti 1610. in 4.

2 *Frammenti dell' Epica Poeſia*. Venetijs apud Marcum Antonium Zalterum 1615. in 4.

3 *Apologia per la Monarchia di Spagna*, aduerſus Traianum

Boccalinum.Neapoli apud Heredes Tarquinij Longi 1619.in 4. Nunc adornat,

Iſtoria de' Duchi di Beneuento.

Memoriale de' Prencipi. Et alia.

SIMON CROSETVS Gallus ex Oxitania Presbyter, Oratori Regis Chriſtianiſsimi ab Eleemoſinis edidit Gallicè,

1 *Defenſe du neufuieſme Chap. de la Relique de feu Monſeigneur le Cardinal du Perron, contre la refutation du Sieur du Moulin Ou eſt monſtrè. Quelle eſt la vraye Egliſe hors la quelle il n'y à point la ſalut Dedie au Roy*. Pariſijs apud Martinum Michaëlem 1624. & 1626. in 8.

2 *Defenſe du legitime honeur deu à la bienheureſe Vierge. Contre les erreures cõtenues en vn Sermon imprimè à Sedan l'an 1625. fait en vn iour de Noël par le Sig. Meſtrezat Miniſtre de Charanton*. Pariſijs apud Ludouicum Feugè 1625. in 12.

3 *Abregè des Sermons pour l'Octaue du S.Sacrament, ſur ces paroles*, ego ſum via, & veritas, & vita Ioann. 14. Pariſijs apud Ludouicũ Fougè 1626.in 12. Conſcripſit etiã, licet nõ ediderit,

Reſponſe au Traicte de la Communion à Ieſus Chriſt faict par Meſtrezat Miniſtre de Charanton. Diuiſee en troys liures cõme le dit Traictè, eſt fact par Ordonãce expreſſe du Clergè de Frãce. Liber imprimetur primo Cleri Generali congreſſu.

Diſcours de l'Immortalitè de l'Ame.

Iuſtification Catholique cõtre les principales calumnies dont les miniſtres heretiques preuienent leurs peuples pour les aliener de l'Egliſe.

De Gratia, & libero Arbitrio, necnõ de Prædeſtinatione D. Auguſtini mens ex eius ſcriptis contrà recentiores Scholaſticos clarè, ſolidèq; demõſtrata, praditura cũ conceſſerint, ad quos pertinet.

SPINVS TALVCCIVS Aſculanus edidit Italicè Comędia,

Simpathia d'Amore. Viterbij apud Diſcipulum 1621. in 12. Conſcripſit etiam eodem ſermone,

Antipathia d'Amore, & varia *Carmina*.

STEPHANVS BVBALVS de CANCELLARIIS Romanus Societatis Ieſu, Apoſt. ſupremæ Pœnitentiariæ Theol. edidit,

Commentationum Angelicarum, Tom. I. ad Scipionem Burgheſium Cardinalem. Lugduni Sumptibus Iacobi Cardon,

&

& Petri Cauellet 1622. in 4. Duos alios ſimilium,

Commentationum Tomos, quibus vniuerſum de Angelis argumentum abſoluitur ab eodem Auctore expectamus.

Scripſit, ſed non fecit publici iuris,

Philoſophicas Lucubrationes.

De intellectu, de quo opere Victorellus in Notis, & Appendicibus ad præludium primum Manualis Nauarri hæc ſcripſit. ***Eruditum, egregium, mitis ingenij, & eloquentiæ ornamentis perpolitum volumen, de Intellectu conſcriptum iam, ſed nondùm, quod ſciam, typis mandatum à Stephano Bubalo, tantæ ſobolis parente, ingenio, pietate, religione, prudentia, eloquentia, ingenuarum artium cognitione, & generis nobilitate clariſſimo Viro auidiſſimè expectant Viri docti.***

Electionem S. D. N. Vrbani VIII. Heroico carmine recenſuit. Habet præ manibus, *Variarum Reſolutionum*, volumen, in quo graues quæſtiones Apoſtolicæ Pęnitētiariæ propoſitas explicat. Plura de eo item Victorellus ad cap. 3. lib. 6. Inſtructionis Sacerdotum Cardinalis Toleti, vbi illum inter grauiſſimos quoſdam Theologos enumerauit. ***Inter quos P. Stephanus de Bubalis, qui multis annis Romæ in Collegio Romano, & alibi ſumma cum laude Theologiam docuit***, & ad cap. 15. ***Stephanus de Bubalis, qui tunc in Collegio Romano Theologiæ myſterijs publicè explicandis egregiè nauabat operam***, & in Recenſione, ***Stephanus Bubalus de Cancellarijs Romanæ Nobilitatis ornamentum, magni nominis Philoſophus, Theologusq; Romæ iuuenis Philoſophiam docens, adoleſcentes, qui modo fulgent in purpura diſcipulos habuit, Patauij, Romæq; deindè in Romano Collegio Sacræ Theologiæ arcana præſtanti auditorum cōcioni eximia cum laude aperuit. Dignum Opus de humano Intellectu conſcripſit: magnum, & doctum de Angelis, quod typorum beneficio lucem aſpexit; Alia iam ad vnguem caſtigata, vt opinari licet, in tenebris iacere non ſinet. Pœnitentiariæ maioris Theologus, Vaticanæ rector, & nitor.***

STEPHANVS MANARVS ſcripſit Italicè,

Canzone, in Nuptijs Principum Ludouiſij, & Venoſæ. Romæ apud Impreſſores Camerales 1622. in 4.

STEPHANVS MARINVS edidit Italicè,

Tebro

Tebro Feſtante Epitalamio, in Nuptijs DD. Thaddæi Barberini, & Annæ Columnæ. Romæ apud Impreſſores Camerales 1629. in 8.

STEPHANVS PAVLINVS edidit Italicè,

Dittionario Georgiano, & Italiano, in cuius compoſitione ait ſe adiutum à Patre Nicephoro Irbachi Georgiano Monacho S. Baſilij. Romæ Typis S. Congreg. de Propaganda Fide 1629.

STEPHANVS SIECINSKIVS Canonicus Præmiſlienſis Polonus edidit,

Orationem, *In publica Vrbis gratulatione VVladiſlao IV. felicibus auſpicijs electo Poloniæ Regi*. Romæ apud Ludouicum Grignanum 1633. in 4.

STEPHANVS VAVS edidit Italicè,

La Fama Epitalamio, in Nuptijs DD. Thaddæi Barberini, & Annæ Columnæ. Romæ apud Camerales 1629. in 8.

T

TANCREDVS COTTHO Senenſis Societatis Ieſu edidit Italicè,

1 *Tragadias* ſub nomine Academici Naſcoſti. I. *Olao.* II. *Eduino.* III. *Sidrach, Miſach, & Abdenago.* IV. *Dauide.* V. *Precipitio delli falſi Dei al comparire dell'Eterno Verbo in carne*. Romæ apud Guillelmum Facciottum 1628. in 12.

2 *Gemitum Columbæ Cardinalis Bellarminij*, vertit in Italicam linguam. Romæ apud Zannettum 1617. in 12.

TARQVINIVS GALLVTIVS Sabinus Societ. Ieſu edidit,

1 *In Funere Roberti Cardinalis Bellarminij*, Orationem habitam Romæ in Templo domus profeſſæ eiuſdem Societatis. Romæ Typis Alexandri Zannetti 1621. in 4.

2 *De Chriſti Funere*, Orationem coram Vrbano VIII. Ibidem apud eundem 1625. in 4.

3 *Orationum*, Tom. II. Romæ apud Zannettum 1617. in 12.

4 *Carminum*, lib. III. Romæ apud Maſcardum 1611. in 12. & Zannettum 1616. in 12.

Digitized by Google

5 *Virgilianas Vindicationes*, & Commentarios tres. I. *De Tragœdia*. II. *Comœdia*. III. *Elegia*. Romæ ex Typographia Alexandri Zannetti 1621. in 4.

6 *In Ariſtotelis lib. V. priores Moralium ad Nicomachum nouam Interpretationem, Commentarios, & Quæſtiones*. Pariſijs ſumptibus Sebaſtiani Gramoiſy via Iacobęa ſub Ciconijs 1632. in fol. Italicè verò,

7 *Rinouatione dell'antica Tragedia, e difeſa di Criſpo*, Diſcurſus, ad Cardinalem Barberinum. Romæ Typis Vaticanis 1632. in 4. De Tarquinio Laurus in Orcheſtra, *Porrò vt ex Etruria ad Latium redeamus. Tarquinium Gallutium è publica templorum panegyri, & à concionum habendarum inſtituto ad Latina facundiæ diatribas reuocatum, litterariæ Rhetorum nũdinæ auidiſsimè ſunt complexæ, quas duobus Orationum iuſtis voluminibus, & teſſellato Carminum opere, immortali victima cumulauit*. Victorellus in Recenſione, *Tarquinius Gallutius diù in Romana luce Rhetoricam exquiſitè docuit, magni Oratoris munus in nobiliſsima Purpuratorum corona, frequentiq; eruditorum hominũ conuentu non ſemel exercuit. Hunc multiplicis doctrinæ virum, Carminum, Orationum, Virgilianarumq; vindicationum editis voluminibus nobilem Europa ſuſpicit: Romana iuuentus modò Philoſophiæ de Moribus præcepta doctè, ornatèq; tradentem auidè, & hilarè audit*. Et Naudæus in Bibliographia Politica, *A quibus parùm diſcordant, Antonius Scainus Salodienſis, & Tarquinius Gallutius Societatis Ieſu Presbyter, qui tã eruditè priores quinq; libros Ethicorum interpretatus eſt, vt polymatheia cæteros omnes facilè vincat, atque exuperet*.

TERENTIVS ALCIATVS Societatis Ieſu edidit Italicè, ſub nomine Erminij Taciti,

Vitam B. Petri Fabri, ex Orlandino, Romæ apud Hæredem Bartholomæi Zannetti 1629. in 8. Meditatur,

Hiſtoria Conc. Trident. à veritatis hoſtibus euulgatæ Elenchũ. De eo Laurus in Orcheſtra, *Ad quos aditum, ſi me ducem recuſaris, aperiet tibi Terentius Alciatus, eruditorum, & ipſe, quantum agnoui, vrbaniſsimus, cuius amabile ingenium, & in tradendis ſanctioris Philoſophiæ præceptis induſtriam pluſquàm fraternè exoſculeris*. Et Victorellus in opere Cacconiano in vita Pij IV. col.

col. 169. *Veram* Concilij Tridentini, *Hiſtoriam eruditè, & cultè ſcribit Theologus clariſsimus Terentius Alciatus Societatis Ieſu, refelletq; mendacia Auctoris non pij, cuius libros ingenui hominis oculis indignos M. Antonius de Dominis, dum Catholicæ Religionis deſertor eſſet, excudi curauit.*

THADDÆVS DONNOLA I. C. Hiſpellas edidit,

De Patria Sexti Aurelij Propertij Poëtæ, Diſertationem. Fulginiæ apud Auguſtinum Alterium 1629. in 4.

THEODORVS AMYDENVS edidit,

1 *De pietate Romana,* libellum in quatuor partes diuiſum. Romæ apud Iacobum Maſcardum 1625. in 8.

2 *Panegyricum in Vrbanum VIII. Pont. Max.* Lugduni apud Ambroſium Trauerſarium 1625. in 8. Italicè verò,

3 *Della natura del Vino, e del ber caldo, e freddo,* Tractatum. Romæ apud Iacobum Maſcardum 1608. in 4. Scripſit,

De ſtylo Dataria, & alia. Victorellus in Recenſione, *Theodorus Amydenus acutus I. C. Orator, & Græca, Latinaq; lingua, ac in Politicorum Auctorum ſtudio exercitatus, non pauca ſcripſit, quæ nunc premit.*

THEODORVS FORESTVS Bergomas Capuccinus Eminentiſsimi Cardinalis Fr. Antonij Barberini S. Onuphrij nuncupati Theologus edidit,

De cognitione Sanctiſsimæ Trinitatis. Romæ ex Typographia Iacobi Maſcardi 1632. in fol. Scripſit varia Opuſcula, & in eo totus eſt, vt vniuerſam S. Bonauenturæ Theologiam Commentarijs, & Scholaſticis Diſputationibus illuſtret, & magnam huiuſmodi lucubrationum partem abſoluit.

THEODOSIVS RVBEVS Priuernas Theologiæ, ac Iuris Vtriuſque Doctor edidit,

1 *Singularia ex S. Rota Romana Deciſionibus ſelecta,* ex quorũ ſex partibus Prima hoc volumine cõtinetur ad Vrbanum VIII. Romæ apud Iacobum Maſcardum 1624. in fol.

2 *De quantitate dierum, ac noctium, aliorumq; temporum differentijs pro omnibus Poli vtriuſque eleuationibus, & pro Polo Romano, vnà cum tempore Horarum Canonicarum.* Octies diuerſis temporibus impreſſa.

3 Eiuſdẽ calamus exarauit, quę in fine Breuiarij Vrbani VIII. aucto-

auctoritate recogniti, *De anni correctione, eiusq; neceſsitate, & Kalendario Gregoriano*, leges. Conſcripſit præterea,

Secundam ſingularium partem circà ſtylum, & obſeruantias eiuſdem S. Tribunalis, quas ſeruat in diuerſis cauſis.

III. *Circà Doctores, ipſorum Sententias à Rota approbatas, vel reprobatas.*

IV. *Circà varia practicabilia Eccleſiaſtica.*

V. *Circà legum intellectus.*

VI. *Circà ſtatutorum Interpretationem.*

Obſeruationes Practicarum Iuris Concluſionum à S. Rota Romana in vltrà decem millibus Deciſionibus receptarum, vnà cum allegationibus Iurium, & Doctorum, de quibus in ipſis Deciſionibus. Inter quas materia Alienationis rerum Eccleſiaſticarum, Clauſularum, Iuris-patronatus, Præſentationis, & Regularum Cancellariæ Apoſtolicæ præter Deciſiones, ampliori Doctrinarum dote locupletantur. ordine Alphabetico diſpoſita.

Compendium tàm Inſtitutionum Imperialium recollectum ex Commentarijs Ioannis Oinotomi, quàm etiam omnium ordinariorum Iuris Ciuilis, necnon Canonici. Alia etiam in Aſtronomicis commemorat Chriſtophorus Clauius in lib. de noua Horologiorum deſcriptione edito Romæ 1599. in fine, & in principio, vbi ponit eiuſdem Theodoſij inuentionem,

De Nouo Quadrante eiusq; vſu.

Necnon de Horologijs Solaribus peregrinis in Cylindro ſtabili concauo. Et in globo deſcripto cum ſtylo fixo ad Solis motum mobili. Horologij etiam Hydraulici fabricam, in quo per tabulam refractionis vniuerſalem ab ipſo nunc primo laborioſè ſupputatam horariæ lineæ artificio in depreſſiori parte Hemiſphærij concaui deſcriptæ, aquæ beneficio eleuatæ à Solis radio refracto per Gnomonem indicantur. Quod etiam in ære ab ipſo fabricatum, & deſcriptum obtulit Vrbano VIII. Pont. Max. Stephanus Gratianus I. C. multorum voluminum editione, & Iuris-prudentiæ peritia clarus tom. 2. Diſcuſſionum Forenſium cap. 298. reſponſum illius integrum refert, eumq; virum omni genere ſcientiarum præſtantiſſimum nuncupat.

THOMAS CAMPANELLA Calaber Stylenſis Ordinis Prædicatorum, ſcripſit ab anno ætatis vigeſimo, non quæ ab alijs

ſcripta

ſcripta erant, ſed in hoc incumbens, vt noua in omnibus fere ſciētijs excogitaret. Ea à nōnullis in IX. Tom. diſtingui intellexi.

I. Continet Philoſophiam rationalem in quinquè partes diuiſam, in *Grammaticam, Dialecticam, Rhethoricam, Poëticam,* & *Hiſtoriographiam*, quæ iam, obtenta à Magiſtro Sacri Palatij licentia, quotieſcunque voluerit, publici iuris fieri poſſunt.

II. Complectitur, 1. *Prodromum,* ſiuè, *Phyſiologiam* editum in 4. Francofurti apud Tambachium. 2. *Philoſophiam Realem*, quatuor partibus comprehenſam, videlicet, *Phyſiologia, Ethica, Politica, & Oeconomica,* quibus additur *Idea optima Reipublica,* quæ vocatur *Ciuitas Solis*, quæ quidem omnia edita ſunt Francofurti in 4. apud Tambachium. 3. *Quaſtiones in Epilogiſmum*, aduerſus Sectarios antiquiores, & modernos pro eadem Philoſophia ſtabilienda. 4. *Librum Polemicum* impreſſum Neapoli apud Horatium Saluianum 1590. in 4. ſub hoc titulo, *Philoſophia ſenſibus demonſtrata aduersùs Marci Antonij Marta pugnaculum pro Ariſtotele in Teleſium, & eos omnes, qui non natura duce, ſed proprio arbitratu philoſophantur.*

III. Tomus continet Philoſophiam practicam in tres partes diſtinctam, quarū prima continet *Rerum Medicinalium,* lib. VII. ſecunda, & tertia ſecreta naturæ.

IV. Tomus comprehendet Philoſophiam communem, quam vocant *Metaphyſicam* in tres partes diuiſam.

V. Continet *Philoſophiam Diuinam* XXX. libris comprehenſam, vbi omnium Nationum Theologia examinatur.

VI. Tomo continetur *Theologia Practica,* pro cōuerſione nationum ad veram fidem, in qua habetur. 1. *Atheiſmus triumphatus,* impreſſus Romæ 1630. in 4. apud Zannettum. 2. Liber ſub titulo, *Quod reminiſcentur, & conuertentur vniuerſi fines terra* quadripartitus ad magnas mundi nationes, Iudaicam, Gentilem, & Mahumetanam. 3. *Monarchia Meſſia* pro Iuribus Pontificis, & Principum agnoſcendis, & retinendis, cui iungetur aliud volumē ad Principes *de Monarchia Chriſtianorum inſtauranda.*

VII. Tomus continet *Aſtronomiam cum examine Tychonis, Copernici, Ptolomai.* Item *Articulos Prophetales,* quos vocat, pro defēſione ſui ipſius cū accuſaretur de affectata mutatione Regni Neapolitani. Additur *Coſmographia* ſecundum veram artem.

Q VIII.

VIII. Tomus eſt praxis Politicæ, videlicet, *De Monarchia* H. Item *de Monarchia Chriſtiana recuperanda*. Item libellum ad Pontificem, *De Congregando ſub vnum Paſtorem orbe toto* per modos non obnoxios Principum contradictionibus.

IX. Continet 1. *Philoſophiam Pythagoreorum*. 2. Librum inſcriptum *Cantica* Italica lingua, *De ſua Philoſophia*, ex quibus ſelegit Tobias Adami nonnulla Poëmata, quæ ſub nomine *Septimontani Squillæ* edita ſunt in 4.

X. & vltimus continebit varia *Opuſcula* in omni ferè ſcientiarum genere conſcripta, quorum index copioſus habetur in Commentario ſuo *De Libris proprijs*, ad Gabrielem Naudæum. Inter ea præcipuà ſunt. 1. *Apologia de venarum, neruorum, arteriarum origine*. 2. *Syntagma de rei equeſtris præſtantia*. 3. Dialogus *de Ratione conuincendi Hæreticos noſtri temporis*. 4. *Tragædia Mariæ Scotorum Reginæ*. 5. Liber *de Conceptione Virginis*. 6. *De Regimine Regni Neapolitani*. 7. Conſultatio *pro eiuſdem Regni cenſu augendo*. 8. *Defenſio Summi Pontificis aduerſus oppugnatores*. 9. Opuſculum *De Peſte Colonienſe*. 10. *Apologia pro libro Antonij Perſij* de potu Calido. 11. Alia *pro Carminibus Virginij Cæſarini*, in Nuptijs Principis Ludouiſij. 12. Opuſculũ *De aſſiſtentia DD. Cardinaliũ in Curia*. 13. *Quod libertas ſub Papatu maior eſt, quã ſub alio quouis principatu*. 14. *Conciliũ polemicum, quomodò pauci aduersùs plures pugnare, & vincere poſſint*. 15. *De Philoſophia Gentilium non retinenda*. 16. Apologia *pro Scholis pijs*. 17. *Expoſitio Capitis IX. Epiſt. ad Romanos*. 18. *De aulicorum technis*. 19. Orationes *de Laudibus D. Thomæ*. Alia etiam ſub eius nomine circumferuntur. 1. Apologia pro Galilæo, *De motu terræ*. Francofurti apud Tambachium in 4. 2. *De ſenſu rerum, & Magia*, lib. IV. Ibid. apud eundem in 4. 3. *Aſtrologicorum*, lib. VII. Lugduni 1629. in 4. Hæc tamen cum ab alijs inſcio Auctore, & in multis etiam inuito in vulgus emiſſa ſint, ſpuria à proprijs, vitioſa, & corrupta à puris, & incorruptis eiuſdemmet Campanellæ Syntagmate *De Libris proprijs*, tantoperè à Viris doctis expectato, facilè poterint internoſci. De eius etiam Libris ſcripſit Paulus Gualterius Terrę-nouanus in Additionibus ſuis ad Librum Conſtantini Laſcaris De Philoſophis Calabris. Plura de hoc Viro le-

leges inter opera Gabrielis Naudæi. Inter illa, quæ in illius Bibliographia Politica habentur, adnotaui. *Amicus etiam noſter Thomas Campanella iuxtà doctrinam ſuarum primalitatum Ethicam nouam compoſuit, qua ſub Epilogiſmi nomine cum Philoſophia ſua Naturali, & Politica typis commiſſa fuit à Tobia Adamo, ſtylo quidem non ita compto delineata, vt Ciceronianis arridere poſſit, ſed ea nobilitate cogitationum, rationũq; ſubtilitate, vt omnibus ſapientiæ myſtis non poſsit eſſe non ſummoperè gratiſsima.* &, *Secundus ab ipſo fuit Thomas Campanella ardentis penitùs, & portentoſi vir ingenij, qui dum in tenebris, & pædore carceris vitam traduceret Ciuitatem Solis delineauit, ea cogitationũ nouitate, & ſublimitate ſenſuum, vt præter Philoſophicas ſpeculationes multa etiam contineat, queis Reipublica meliùs adminiſtrari poſſent, & homines ipſi meliores euadere.* &, *Ac demùm Liber Politicus Fr. Campanellæ De Propaganda Hiſpanorum Monarchia, Italico quidem idiomate ab eodem conſcriptus, editus poſteà Germanico.*

THOMAS DADVS Vrbinas edidit,

1 *De S. Iuone Pauperum Aduocato,* Orationem. ad Paulum Æmilium Sanctorium Vrbinatium Archiepiſc.Romę 1630.in 4.

2 *De S. Iuone,* Orationem alteram, ad Martium Cardinalem Ginettum. Romæ apud Franciſcum Caballum 1631. in 4.

THOMAS FRIZHERBERTVS è Societate Ieſu edidit, *An ſit vtilitas in ſcelere, vel de infelicitate Principis Macchiauelliani,* contrà Macchiauellum, & Politicos eius Sectatores. Romæ apud Guillelmum Facciottum 1610. in 8.

THOMAS GROSSVS Sipontinus in Academia Ferrarienſi olim Medicinæ Practicæ Profeſſor edidit.

1 *Lectiones de Morbis Capitis, & Thoracis.* Ferrariæ 1628. in 4.

2 *Quæſtionem, An niue refrigeratum propinari debeat.* Ferrariæ apud eũdem 1628. in 4. In hanc ſententiam ſcripſit Campanella, cui idem Groſſus pro tuenda ſua opinione reſpondit. Ne hæc Apologia typis mãdaretur ad hunc diem impedimento fuere Franciſcus Tentolus, & Nicolaus Muſſus.

3 *Quæſtionem vnicam de Peſte.* Venetijs 1631. in 4.

4 *De morbis ventris infimi.* Venetijs in 4.

5 *De natura, differentijs, & vſu cauſarum noſtra corpora*

alterantium,quæ ſunt Aër,Cibus,Potus,Quies,Somnus,Vigilia, Inanitio, Repletio, & Animi affectiones. Venetijs 1617. in 4.

6 *De Febribus*. Venetijs 1623. in 4. Additur Quæſtio, *An vinum oligophorum febri laborantibus propinandum ſit*, & contrà communem aliorum ſententiam concluditur propinandum. Propediẽm editurus eſt, *Conſiliorum*, lib. II.

THOMAS de HERRERA Auguſtinianus olim Theologiæ apud Complutenſes Profeſſor, Eminentiſſimi Cardinalis Spinulę Archiepiſcopi Compoſtellani Theologus, edidit,

Cathecheſes Chriſtianas, lingua Hiſpanica. Dertoſæ apud Hieronymum Gil. 1623. Parauit editioni,

Hiſtoriam Epiſcoporum Dertoſenſium.

Indices Virorum illuſtrium Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, & rerum in illo geſtarum.

Bibliothecã Auguſtinianã, vbi vita, & encomia S. Auguſtini, Librorum ipſius cenſura, locorum difficilium explanatio, &c.

Iudicium in agitata quæſtione de habitu S. Frãciſci Eremitico.

Hiſtoriam Generalem Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, de illius origine, propagatione, &c. De eo Michaël Ioannes Vimbodinus in Diſſertatione de Cingulo Virginis Marię par. 2. c. 1. hæc habet. *Nos ſyllabo, ac quibuſdam actis delibatis contenti, libenter lampada tradimus docto Viro M. Thomæ de Herrera Auguſtiniano D. mei Cardinalis Spinulæ Theologo præclaro, qui ex publicis Tabularijs integrum Opus compegit de vita, & rebus Epiſcoporum Dertoſenſium, quod cum alijs ad D. Auguſtini vitam, & opera illuſtranda pertinentibus, ac ſui Ordinis Chronographicam hiſtoriam improbo labore, cuius nos teſtes ſumus, ad veritatis trutinam ex vetuſtis monumentis in noſtra Hiſpanica, & Italica peregrinatione examinatam, & ad vmbilicum ferè perductam, propediẽm euulgandam ſperamus, vouemusq;*

THOMAS MASSVCCIVS Recinetenſis Soc. Ieſu edidit,

1 *De Cæleſti conuerſatione per internam orationem, & exercitia Spiritus*, lib. VIII. Romæ apud Hæredes Zannetti 1622.

2 *Vita S. Pauli*, magno opere comprehenſa iam pręlo datur.

THOMAS OBICINVS Nonienſis Diœceſis, Ord. Min. Reg. Obſeruantiæ, Orientis Apoſtolicus Commiſſarius, ac linguarum Orientalium in Collegio S. Petri Montis Aurei Magiſter edidit,

1 *Iſa-*

1 *Iſagogem*, ideſt, *Breue introductorium Arabicum in ſcientiam Logices*, cum verſione Latina, ac *Theſes Sancta Fidei*, Romæ apud Stephanum Paulinum 1625. in 4.

2 *Grammaticam Arabicam*, Agrumiam, *appellatam*, cum verſione Latina, ac dilucida expoſitione. Romæ Typis Sacræ Congreg. de Propag. Fide 1631. in 8. Nondũ abſoluta verſione, *Dictionarij Aegyptio-Arabici*, & *Grammaticæ Aegyptiæ* lingua Arabica conſcriptæ, viuere deſijt. Dictionarium, & Grammaticam illi rerum Orientalium accuratiſſimus inueſtigator, & linguarum emortuarum inſtaurator Petrus à Valle Peregrinus exhibuerat, vt linguę antiquę Ægyptię vſum deperditum, quemadmodum Oſcæ, & Voſcæ, vti fieri poſſet, reſtitueret. Pleraq; enim illius volumina, cum fida, ac vetuſta eorum Arabica interpretatione ſecum Romam Petrus aduexit.

THOMAS BOCCABELLA edidit Italicè,

1 *Prencipe Deliberante*. Venetijs apud Pinellũ 1628. in 12.

2 *Iddio Operante*. Venetijs apud Io. Calleonum 1628. in 4.

3 *Prencipe Morale, parte prima, e ſeconda*. Venetijs apud Ioannem Petrum Pinellum 1632. in 16.

THOMAS STILIANVS edidit Italicè,

1 *Il Canzoniero diuiſo in VIII. libri*. Venetijs 1604. in 4.

2 *Il IV. libro dell'Occhiale*. Venetijs apud Ciottũ 1627. in 12.

3 *Il Mondo Nouo*. Placentiæ apud Bazachium 1617. in 12. Tandèmq; Hiſpanica lingua prodijt. Editurus eſt.

La Replica all'Aleandri, & all'Enrico, fatta ſecondo l'iſteſſa diuiſione dell'Occhiale.

La Poetica, lib. X.

Il Vocabolario della lingua Italiana.

La Grammatica Volgare, lib. IV.

Il Rimario diuiſo in tre Tauole.

Il Trattato della Nobiltà, lib. VI. Eum Scriptores Itali, nec contemnendi commendarunt, Torquatus Taſſus, Io. Baptiſta Guarinus, Io. Baptiſta Marinus, Felix Aſtolphus, & alij.

TIMOTHEVS de CIABRA PIMENTELIVS Olyſſiponenſis Ordinis Carmelitani, apud Complutenſes Theologiæ olim Profeſſor, edidit Hiſpanico idiomate.

1 *Fundam Dauidicam Concionum V. de Sanctiſſimo Euchariſtiæ*

riſtiæ Sacramento, contrà iudaizantes, ad Franciſcum Cardinalem Barberinum. Romæ apud Maſcardum 1631. in 4.

2 *Panegyricum S. Ioannis Euangeliſtæ*. Barcinonæ 1631. in 4.

TORQVATVS PEROTTVS Pont. Max. Vrbani VIII. ab intimo Cubiculario Epiſcopus Amerinus edidit,

1 *Monumenta* quædam inter Selectas Chriſtiani Orbis delicias Franciſci Suueertij impreſſa. Coloniæ 1625. in 8.

2 *Carmina Italica*, ad Antonium Brunum, cum operibus ipſius Bruni. Mox etiam edet,

Virorum Saxo-ferratenſium, qui literarum, & armorum gloria apud Pontifices, aliosq; Principes clari euaſere Vitas, & Elogia.

Epiſtolarum Latinarum ad diuerſos, Volumen. Et ingenti Reipublicæ Literariæ bono Nicolai Perotti Archiepiſcopi Sipontini gentilis ſui Opera, quæ ille, vel è Græco conuerterit, vel ex proprijs conſcripſerit, diſperſa, ac vaga, & ad hunc diem à male-feriatis hominibus intercepta, in vnum volumen recollegit, typis propediem vulgaturus. Non te diutiùs ſuſpenſum animi detinebo, & quænam illa ſint, vt honor hinc quoque libello meo accedat, more meo, & ingenuè enumerabo. Nefas enim fuerit natura, moribus, & ſtudiorum ſimilitudine coniunctiſſimos, non eodem item monumento coniungi. Verſa igitur à Nicolao Perotto è Græco in linguam Latinam ſunt.

Monodia Ariſtidis, Libanij, Beſſarionis.

Ariſtotelis libellus *De Virtutibus, & Vitijs*, ad Federicum Feltrium Vrbini Ducem.

Enchiridion Epicteti Philoſophi ad Nicolaum V. Pont. Max.

Hippocratis *Ius-iurandum*.

Plutarchi libellus, *De Fortuna Romanorum*. Quæ verò ipſe ex ſe confecit,

Oratio habita in Conuentu Mantuano.

In Georgium Trapezuntium, Qui Turcas omnibus Imperatoribus præſtantiores eſſe voluit.

Epiſtola ad Beſſarionem in laudem eius libri, qui Defenſio Platonis *inſcribitur*.

Epiſt. ad Nicolaum V. Alphonſum Aragonum Regem, & alios.

In P. Papiny Statij Syluas Expoſitio.

In Martialem Scholia.

De

De generibus Metrorum, quibus Horatius Flaccus, & Seuerinus Boëtius vſi ſunt, ad Helium Perottum Fratrem.

De Metris, ad Iacobum Schioppum Veroneſem. Annè ergò Perottus hæc ſemper optata, ſemperq; quæſita ſibi ſoli tamdiù, quæſiti tenax reſeruabit? Perottum noſtrum voce, & ſcripto ſatis multis verbis comprobarunt Angelus Grillus Epiſtola Latina ad Io. Baptiſtam Artemium, literis ad eundem datis Marcus Antonius Bonciarius, & Ioannes Barclaius, qui inter alia, hæc quoque ſubdit, *Ego in tuo genio ſumma video, & maiora auguror. Dignitatem literarum ſenio labantium tua iuuentus ſuſtinebit, & Viri eruditi ſe demùm litauiſſe Muſis credent, ſi tibi probabuntur, paulò auidiùs tibi innoteſcere cupientes, quàm tu nunc illis.* Et noſtra hac tempeſtate deliciarum flos, & Muſarum delicium Antonius Brunus Epiſtola ad Io. Antonium Lauredanũ eum cumulatiſſimè collaudauit. Epiſtolam de alijs etiam clari nominis Scriptoribus pertractãtem hic tranſcribere, licet lõgiuſculam, quid vetat? grata eſt literatorum commixtio, & alius alteri lumen, quod accipit, effusè communicat. Ioanni Frãciſco Lauredano Patritio Veneto V.C. Antonius Brunus S.D. *Quæſiuit ex mè tuo nomine Paulus Vendraminus, An Romanis Typis Odæ Equitis Caſonis deſcribantur: Reſpondi non modò deſcribi veteres illas, tanto olim plauſu ab omnibus exceptas, ſed nouas prætereà non paucas, cum Poëtico eiuſdem Theatro, cui non parua acceſſio facta eſt aliorum carminum, in quibus & tui, & nobiliſsima Ignotorum Academia, domi tua nata, & ad immortalitatem educata multa cum laude mentio fit. Ea de cauſa non magis Equiti continuos, qui eius virtuti dantur, plauſus, gratulatus ſum, quam tibi, cuius laudes contigit à laudatiſsimo noſtri ſeculi Vate celebrari. Accedit nouum ornatiſsimo volumini ornamentum, quod Torquato Perotto Viro Clariſsimo, Pontificis intimo olim Cubiculario, nũc Epiſcopo Amerino dedicatur: quod aptiſsimè, & conuenientiſsimè factum eſſe exiſtimo; non modò quia Vir ille Caſonis poëſim vnicè admiratur, verùm etiàm quia domeſticum ornamentum Perotto laurus eſt Poëtarum. Nicolaus enim ille Perottus Sipontinus Præſul gentilis eius eſt, cuius in Horatij Odas extat Commentarius, de elegantia cum ipſis illis Odis, quas Auctor ære perenniores iure appellauit, certantes.*

Hetruſci ergò Horatij Odæ non immeritò illi nuncupantur, qui Apuli Horatij Odas olim illuſtrauit. Sub typis quoque Romæ eſt Aeneis alienis veſtibus conuoluta, Italicè, Eneide traueſtita, *Ioannis Baptiſtæ Lalli, in qua diuini Maroniani operis maieſtatem ſalſa paraphraſi condire pergit. Opus immortalitate digniſſimum; quippè quod, contrà quàm ſalſis operibus vſuuenit, vt riſum tantùm moueant, inter ſales, & facetias admirationem parit. Eminentiſsimo Spadæ dicatur Purpuratorum lumini, & Literatorum Patrono, non minùs quam ornamento. Non enim modò in Chriſtianæ Reipublicæ maximis, aduerſisq; negotijs apud Gallorum Regem Nuncius Sapientiſsimo Pontifici ſimùl, & Regi prudentiſsimo ſatisfecit; verùm etiàm Muſas ita ſemper coluit, vt neſcias facere ne ſcribenda, an ſcribere facienda, ad æternitatis memoriam magis norit. Elocutione floridus ſimùl, & grauis ſententijs auguſtus, luminibus ingenij viuidus, & ſimplex, vt nata ea, quibus titillat legentis animum, & ferit, non accerſita videantur. Sanè ſtylum habet aureum, & quem nullum ferrum præter quam gentilitij ſui enſis exacuat. Hæc nos Romæ. Vos iſtic, quid fama paratis? Audio à Pinello Typographorum huius æui optimo, & humaniſsimo, hoc ipſo tempore Breuiarium Hiſpanicæ Hiſtoriæ à P. Paulo Bombino elaboratum imprimi. Bonum factum, nobiliſsime, ac ingenioſiſsime mi Lauredane. Narro tibi, quod omnes norunt. Bombinus noſtri ſeculi Tacitus poſteris ſeculis non tacebitur, atque vt moribus omnium, ita ſtylo, elegantiſſimus eſt hac ætate Latinorum. Non dubito quin ille tibi pridem ſuo merito innotuerit. Clarus etiàm eſt actor ciuilium artium, non ſcriptor modò. Eum & Neapolis inter Italiæ Vrbes nobiliſſima, & maxima, ad Regem Catholicum ad impeditiſsima negotia tractanda legauit: quibus feliciſsimè confectis à ſapientiſsimo Sigiſmundo III. Poloniæ Rege ad eandem Catholicam Maieſtatem multo cum honore Orator deſignatus eſt; honorificentiſsimis à tanto Rege literis, quas ego multa cum admiratione legi, ad id munus inuitatus: quod munus nè obiret, mors Regis optimi intercepit. Sed ille elegantiſsimo Elogio, & vbiq; laudatiſsimo, quo mortuum Regem ad immortalitatem euexit, gratiam cumulatè tantis Regijs beneficijs rependit. Denique nunc Sereniſsimi Mantuæ Ducis Theologus in Romano hoc Orbis terræ Theatro*

gra-

grauiſſimis negotijs impoſitus, eximia tùm modeſtiæ, tùm ingenij, & dexteritatis cum laude verſatur. Tanti Viri opera ſtatim ac lucem Pinelli noſtri beneficio aſpexerint, fac, oro, vt ad me tranſmittas. Maius hoc à tè in præſentia beneficium non expecto, niſi fortè, vt me ames; quod beneficiorum omnium maximum à tè non gratis peto. Iam dudùm enim, & amantem me, & admirantem tua omnia, non modo tè, probè ſcis. Vale.

V

VALENTINVS PASCHALIVS Vtinẽſis edidit,

1 *Cometis nullam Fidem*, Carmen, ad Paulum V. Roncilioni apud Ludouicum Grignanum 1619. in 4.

2 *Cydippem*, ad Sigiſmundum III. Poloniæ, & Sueciæ Regem. Romæ Typis Andreæ Phęi 1622. in 4.

3 *Tybrim*, in Nuptijs Io. Pauli Sfortiæ Vice-comitis, & Annæ Aldobrandinæ, Carmen. Romæ apud Grignanum 1623. in 4.

4 *Infanticidium ſacrum*. Ibid. apud eũdem in 4. Edenda sũt,

De rebus Moſchicis, & vario Magni Moſchorum Ducis Demetrij euentu, Commentarius, vbi de Tartarorum Origine, Statutis, & Moribus, ſoluta oratione.

Politographia Epiſcopalis.

De Italia fluminibus, deſcriptio exacta.

Currus cum Notis, vbi in eos, qui curru tùm in rei familiaris, tùm in ſalutis iactura abutuntur, inuehitur: Carmine.

Naſus. Soluta oratione,

De Salutatione.

De Titulis.

Præfatio ad Viatorem, cum duabus Elegijs, ad Eundem.

In Comatos, & in Pectinem, Elegiæ II.

Variorum Carminum, Volumen.

Obſeruationes Criticæ. Scripſit etiam,

Moſem, Opus Heroicum, ſed ſurreptum. De eo Laurus in Orcheſtra, *Cæterùm nullam Cometis ineſſe fidem, carmine ſanè quàm eleganti Paulo V. expoſuit Valentinus Paſchalius*. Et Victo-

ctorellus, *Valentinus Paſchalius I. C. honorū Auctorum diligēs Lector, Latinam puritatem non vulgari ſtudio aſſecutus puri, caſtigatiq; carminis ingenioſus eſt artifex.*

VICTORIVS LANCELLOTTVS Camerinen. edidit Italicè, *Lo Scalco prattico*. Romæ apud Corbellettum 1627. in 4.

VICTORIVS THOMAS Arculenſis edidit Italicè, *Lettere diuiſe in doi parti*. Romæ apud Zannettū 1622. in 8.

VICTORIVS SCIALAC Accurēſis Maronita in AlmęVrbis Gymnaſio Arabicarum,& Chaldæarū literarū Profeſſor edidit,

1 *Introductionem ad Grammaticam Arabicam*. Romæ apud Stephanum Paulinum 1622. in 8.

2 *Interpretationem libri Iob ex Chaldao, ſiuè Syriaco idiomate* in Latinum. Ibidem apud eundem 1618. in 8.

3 *Tres Aegyptiorum,ſeù Cophitorū Liturgias SS. Baſilij, Gregorij, & Cyrilli ex Arabico in Latinum à ſe conuerſas.*

4 *Paruulam Bellarminij Doctrinam, ex Italo in Arabicum ſermonem tranſlatam.*

5 *Pſalterium ex Arabico in Latinum verſum.*

6 *Alphabetum Arabicum,& Latinum.* Vertit prætereà plura ex Arabicis, quæ nondùm lucem viderunt: ſcripſit plura pro Maronitis,maximamq; librorū Arabicorū hylem ſibi cōquiſiuit.

VINCENTIVS ALSARIVS CRVCIVS Ianuenſis in Romano Gymnaſio Medicinæ Profeſſor edidit,

1 *De Inuidia,& Faſcino Veterum,*ad Robertū Titium.Lucæ.

2 *Ephemeridum,*hoc eſt, *Diuturnarū Obſeruationum,* lib. II. priores, ad Horatium Cardinalem Spinolam. Bononiæ.

3 *De Epilepſia,* ſeù, *Comitiali morbo Lectionū Bononienſium,* lib.III. ad Aloyſium Georgium Senatorem Venetum. Venetijs.

4 *Conſilium de Aſthmate* pro Bonifacio Cardinali Caietano, cum Diſputatione *de Melonibus* Hieronymi Rubei Rauennatis, & Epiſtolis quibuſdam eiuſdem Crucij, & aliorum, ad Cardinalem Gypſium. Venetijs.

5 *Conſilium de Varijs Symptomatibus in Principibus Illuſtriſſimis*, ad Hieronymum Mercurialem, Venetijs.

6 *Diſputationē de Verme admirando ex altera nariū egreſſo.*

7 *De ſugillatione,*quā Gręci ὑπώπιον, ideſt,ſub oculis vocāt.

8 *Conſilium de Catarrho*. Rauennæ.

9 *Diſ-*

9 *Diſſertationem de Salis, & Salitorum vſu in febribus.*

10 Præfationem, *De Medicina Practica laudibus*. Romæ.

11 *De morbis Capitis frequentioribus*, hoc eſt, *de Catarrho, Phrenitide, Lethargo, Epilepſia*, lib. VII. Inſerta eſt Diſputatio, *de Liquore Chalcanthi, ſeù Vitrioli, eiusq; abuſu in febrium, & morborũ calidorũ curatione*. Romæ apud Facciottũ 1617. in 4.

12 *De Quaſitis per Epiſtolam in arte Medica*. Centurias V. Venetijs apud Iunctas 1622. iu fol.

13 *De Morbis Pectoris frequentioribus, Hamophtyſi, Phtyſi, Aſthmate, Peripneumonia, Pleuritide*, lib. III. editus tantùm primus. Rõmæ apud Facciottum.

14 *Diſputationem Generalem ad Hiſtoriã fœtus nonimeſtris, quidem, & organici, ſed emortui, ac parua adeò molis, vt vix quadrimeſtris fuerit aſtimatus*. Romæ apud Facciottũ 1627. in 4.

15 *Conſultationem Medicam pro Nobili Adoleſcentulo obliuione, ſurditate ſecundùm alteram aurem, ſubſurditie, & obauditione, ex tinnitu ſecundùm oppoſitam, nempè ſiniſtram laborante*, &c. Romæ apud Facciottum 1629. in 4.

16 *Conſilium Prophylacticum à Lue peſtifera graſſante* pro Excellentiſſimo Principe Franciſco Columna. Romæ 1631. in 4.

17 *Veſuuium ardentem*, ſiuè, *Exercitationem Medico-phyſicã ad ῥιγοπύρετον, ideſt, motum, & incendium Veſuuij montis in Campania 16. menſis Decembris* 1631. lib. II. Romæ apud Facciottum 1632. in 4. Italicè verò,

18 *Prouidenza Methodica per preſeruarſi dall'imminente Peſte, Diſcorſo Prattico*. Romæ apud Maſottum 1630. in 4.

Infraſcripta partim incohata, partim nondùm perpolita ſunt,

Conſultationum Variarum, Tomus vnicus.

Ad Lucretij libros de Natura, Commentarius Iatro-phyſicus.

In Hippocraticã faciẽ Iatro-phyſio-gnomonicus Cõmentarius.

Liber Apologeticus, in quo Auctor cunctis penitùs omiſſis dicterijs, ac lœdorijs, quæ de aliorũ fama detrahant, ſe tãtummodò, ſuaq; modeſtiſsimè tuetur, & expiat, tã in re Medica, quã extra. Crucium commendant variæ, ſpectatæq; doctrinæ Viri, Hippolytus Obijcius Ferrarienſis de Nobilitate Medicinæ, Hieronymus Rubeus Notis ad Cornelium Celſum, Dominicus Sala Tract. de Alimẽtis, Verbetius Germanus, Paulus Zacchias, Ron-

co-

ctorellus, *Valentinus Paſchalius I. C. bonorũ Auctorum diligẽs Lector, Latinam puritatem non vulgari ſtudio aſſecutus puri, caſtigatiq; carminis ingenioſus eſt artifex.*

VICTORIVS LANCELLOTTVS Camerinen. edidit Italicè, *Lo Scalco prattico.* Romæ apud Corbellettum 1627. in 4.

VICTORIVS THOMAS Arculenſis edidit Italicè, *Lettere diuiſe in doi parti.* Romæ apud Zannettũ 1622. in 8.

VICTORIVS SCIALAC Accurẽſis Maronita in Almę Vrbis Gymnaſio Arabicarum, & Chaldæarũ literarũ Profeſſor edidit,

1 *Introductionem ad Grammaticam Arabicam.* Romæ apud Stephanum Paulinum 1622. in 8.

2 *Interpretationem libri Iob ex Chaldæo, ſiuè Syriaco idiomate* in Latinum. Ibidem apud eundem 1618. in 8.

3 *Tres. Aegyptiorum, ſeù Cophitorũ Liturgias SS. Baſilij, Gregorij, & Cyrilli ex Arabico in Latinum à ſe conuerſas.*

4 *Paruulam Bellarminij Doctrinam, ex Italo in Arabicum ſermonem tranſlatam.*

5 *Pſalterium ex Arabico in Latinum verſum.*

6 *Alphabetum Arabicum, & Latinum.* Vertit prætereà plura ex Arabicis, quæ nondùm lucem viderunt: ſcripſit plura pro Maronitis, maximamq; librorũ Arabicorũ hylem ſibi cõquiſiuit.

VINCENTIVS ALSARIVS CRVCIVS Ianuenſis in Romano Gymnaſio Medicinæ Profeſſor edidit,

1 *De Inuidia, & Faſcino Veterum,* ad Robertũ Titium. Lucæ.

2 *Ephemeridum,* hoc eſt, *Diuturnarũ Obſeruationum,* lib. II. priores, ad Horatium Cardinalem Spinolam. Bononiæ.

3 *De Epilepſia,* ſeù, *Comitiali morbo Lectionũ Bononienſium,* lib. III. ad Aloyſium Georgium Senatorem Venetum. Venetijs.

4 *Conſilium de Aſthmate* pro Bonifacio Cardinali Caietano, cum Diſputatione *de Melonibus* Hieronymi Rubei Rauennatis, & Epiſtolis quibuſdam eiuſdem Crucij, & aliorum, ad Cardinalem Gypſium. Venetijs.

5 *Conſilium de Varijs Symptomatibus in Principibus Illuſtriſſimis,* ad Hieronymum Mercurialem. Venetijs.

6 *Diſputationẽ de Verme admirando ex altera nariũ egreſſo.*

7 *De ſugillatione,* quã Gręci *ὑπώπιον*, ideſt, ſub oculis vocãt.

8 *Conſilium de Catarrho.* Rauennæ.

9 *Diſ-*

9 *Diſſertationem de Salis, & Salitorum vſu in febribus.*

10 Præfationem, *De Medicina Practica laudibus*. Romæ.

11 *De morbis Capitis frequentioribus*, hoc eſt, *de Catarrho, Phrenitide, Lethargo, Epilepſia*, lib. VII. Inſerta eſt Diſputatio, *de Liquore Chalcanthi, ſeù Vitrioli, eiuſq; abuſu in febrium, & morborũ calidorũ curatione*. Romæ apud Facciottũ 1617. in 4.

12 *De Quæſitis per Epiſtolam in arte Medica*. Centurias V. Venetijs apud Iunctas 1622. iu fol.

13 *De Morbis Pectoris frequentioribus, Hæmophtyſi, Phtyſi, Aſthmate, Peripneumonia, Pleuritide*, lib. III. editus tantùm primus. Romæ apud Facciottum.

14 *Diſputationem Generalem ad Hiſtoriã fœtus nonimeſtris, quidem, & organici, ſed emortui, ac parua adeò molis, vt vix quadrimeſtris fuerit æſtimatus.* Romæ apud Facciottũ 1627. in 4.

15 *Conſultationem Medicam pro Nobili Adoleſcentulo obliuione, ſurditate ſecundùm alteram aurem, ſubſurditie, & obauditione, ex tinnitu ſecundùm oppoſitam, nempè ſiniſtram laborante*, &c. Romæ apud Facciottum 1629. in 4.

16 *Conſilium Prophylacticum à Lue peſtifera graſſante* pro Excellentiſſimo Principe Franciſco Columna. Romæ 1631. in 4.

17 *Veſuuium ardentem*, ſiuè, *Exercitationem Medico-phyſicã ad ῥιγοπύρετον, ideſt, motum, & incendium Veſuuij montis in Campania 16. menſis Decembris* 1631. lib. II. Romæ apud Facciottum 1632. in 4. Italicè verò,

18 *Prouidenza Methodica per preſeruarſi dall'imminente Peſte, Diſcorſo Prattico*. Romæ apud Maſottum 1630. in 4.

Infraſcripta partim incohata, partim nondùm perpolita ſunt,

Conſultationum Variarum, Tomus vnicus.

Ad Lucretij libros de Natura, Commentarius Iatro-phyſicus.

In Hippocraticã faciẽ Iatro-phyſio-gnomonicus Cõmentarius.

Liber Apologeticus, in quo Auctor cunctis penitùs omiſſis dicterijs, ac lædorijs, quæ de aliorũ fama detrahant, ſe tãtummodò, ſuaq; modeſtiſsimè tuetur, & expiat, tã in re Medica, quã extra.

Crucium commendant variæ, ſpectatæq; doctrinæ viri, Hippolytus Obijcius Ferrarienſis de Nobilitate Medicinæ, Hieronymus Rubeus Notis ad Cornelium Celſum, Dominicus Sala Tract. de Alimẽtis, Verbetius Germanus, Paulus Zacchias, Ronco-

conius de Sero lactis, Baldus de Baldis prælectione de Contagione Peſtifera. Franciſcus à Valle Poëta Hetruſcus carmẽ, licet oſcitãtia impreſſorũ pro Vincentio Alſario, Auguſtinus Crucius irrepſerit, inſcripſit, &, quem ſæpiſsimè ob miram eruditionem & eloquentiã nominare ſoleo, Renatus Morẹus Epiſt. ad eũdem. *Quod plura de te præconia circumferuntur, Vir excellentiſſime, eò maior inſedit mihi cupido te ſalutandi. Blacuodæi noſtri de te elogia, Naudæi de virtutibus tuis prædicatio, cõmemoratio operum tuorum, quæ ab omnibus doctiſsimis Medicis laudantur, tãtis me amoris igniculis ſuccedunt, vt adeundus à me ſis, vel cum periculo temeritatis, ac audaciæ. Audax certè, & temerarium eſt facinus compellare ad amicitiam eum, qui an ater, vel albus ſis, omninò ignorat. De dignitate tua nemo ambigit, tenuitatis meæ ſolus ego conſcius ſum; vt niſi comitas tua ſuadeat, aditum tuum pertimeſcere valdè debeam. Sed vereor, vt dixi, humanitate tua, quæ ignotos quosq; inuitat, vel de longinquo, nec vllos dedignatur, qui humaniores literas tractant, & nobiles illas artes, quibus capita Orbis Chriſtiani tamdiù ſeruaſti. Patere ergò, vt locũ apud te amicitiæ inueniã, & ex ijs nominibus ſiam, quæ vereor, & inter Medicos eſſe non ignores. Hoc ſi conſecutus fuero votis me dãnabis, & dabis occaſionem ſcribendi ſæpiùs ad te de rebus difficillimis, quæ in arte noſtra occurrunt.*

VINCENTIVS GVINISIVS Lucẽſis Societatis Ieſu edidit,

1 *Allocutiones Gymnaſticas*. Romæ ex Typographia Franciſci Corbelletti 1626. in 8.

2 *Poëſim*, vario Carminũ genere. Ibid. apud eundẽ 1627. in 8. Nunc Amſtelodami iterum cuduntur,

3 *Orationem habitam in Paraſceue*, coram Vrbano VIII. in Sacello Vaticano. Romæ Typis Alexandri Zannetti 1624. in 4. Totus eſt in Hiſtoria Societatis Ieſu componenda.

VINCENTIVS MARTINELLVS Conuerſanus Epiſcopus edidit Italicè,

Lettera Paſtorale. Romæ apud Grignanum 1632. in folio.

VINCENTIVS POLITIVS Presb. Rom. Alcamenſis edidit,

1 *Speculum vitæ, & honeſtatis Clericorum*, ex Iure Canonico, & doctrina S. Caroli Card. Borromæi confectum. Romæ apud Hæredem Bartholomæi Zannetti 1623. in folio expanſo.

2 Me-

2 *Memoriale Clericorum* ,in quo de ijs, quæ à Clericis ſciri debent,de Suſpēſionibus,& Excommunicationibus agitur,iuſſu Gregorij XV. cum Eccleſiæ Bononienſi præeſſet,editum, denuò imprimi curauit.

Monitiones S.Caroli Borromæi, ad Clerum à ſe collectas: Romæ apud eundem 1622. in 12.

VINCENTIVS RICCARDIVS Neapolitanus Clericus Regularis, *ferè duodennium*, ſcribit Boluitus *inſtante Petro Aldobrandino,& poſt eum Scipione Cobellutio Tit. S.Suſannæ,ac Hippolyto Aldobrandino S. R. E. Cardinalibus Ordinis Fratrum Ieſuatorum Protectoribus, eorundem Fratrum reformationi aſſidua cura inuigilauit, inter eos commoratus, & iuuentutem inſtruens futuram, imò ſub eius auſpicijs factam aliorum Magiſtram, vt meritò eius Religionis Reſtaurator dici poſſit*, edidit,

1 Panegyricos *D. Ioanni Columbino*, dictos, Latinum vnum, Græcum alterum. Romæ apud Stephanũ Paulinum 1627.in 4.

2 *In Laudem Ieiunij*, Orationem dictam in Sacello Pontificio. Ibidem apud eundem 1620. in 4.

3 *Matthæum Cãtacuzenum Græcum*, & *Euſebium Cæſarienſem in Cantica Canticorum*, à ſe verſos, Græcè, & Latinè, & *Annotationibus* illuſtratos,ad Vrbanum VIII.Ibidem apud eundem Stephanum Paulinum 1624. in fol.

4 *Sancti Procli Conſtantinopolitani Orationes*, à ſe itẽ verſas, Græce,& Latinè primus edidit, cum *Scholijs*. Romæ apud Hæredem Bartholomæi Zannetti 1630. in 4.

5 *Vitam S.Procli*, ex varijs Auctoribus concinnauit, vt eius Orationibus illam præfigeret, eam tradidit Abrahamo Bzouio, qui Auctoris nomine expreſſo ſuæ Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ intexuit, ad annum CCCCXLVI. Nunc præ manibus habet,

Catenam Veterum Græcorum Patrum, cùm Nicetæ, tùm aliorum in Euangelium Lucæ.

Catenam in Eſaiam Prophetam Veterum Græcorum Patrum.

In Hiſtoriam Suſannæ Commentarium.

Porphyrium in Apoteleſmata Ptolomæi Græco-Latinum cum Scholijs.

Veterum Patrum Græcorum monumenta Ioannis Damaſceni, Iſidori Peluſiotæ, & aliorum.

Tra-

Tractatus *De Beneficijs.*
De Sacramentis in genere.
De Baptiſmo.

In Libros de Anima.

In Prouerbia Salomonis ex Antonij Agellij Commentarijs Græcorum Patrum. Commentatur etiam neſcio quid *in Euchologium, & ritus Græcorum. Homo*, vt dicebat Boluiius, *Græca lingua peritiſsimus, otio nunquam torpeſcens, labori, ac ſtudio ſemper addictus.* Victorellus, *Vincentius Riccardius in Sacris literis totus Græcorum Priſcorum Patrum Catenã in D. Lucam, è Vaticana erutam latinitate donauit, optimisq; Notis illuſtrauit, & alia conſcripſit, deditq; in lucem.* Et Franciſcus de Petris I. C. Neapolitanus.

Quod Graij, Latijq; Principum Idiomatum
Princeps Orator cunctos, vel efferatiores
Peruicatiores ſuadendo deuincas, deuincias:
Quodque tantas exarando, exorando, aſſequaris
Victorias, promerito nomine, ſeù potius
Omine Tibi VINCENTI æternum
Eloquentiæ Trophæum, ac palmare monumentum.

VIRGILIVS CEPARIVS Peruſinus Soc. Ieſu edidit Italicè,

1 *Vita di Gio. Berchmans Fiamengo della Cõpagnia di Giesù.* Romæ apud Hæredes Bartholomæi Zannetti 1627. in 4.

2 *La vita del B. Luigi Gonzaga.* Placentiæ apud Iacobum Ardizzonum 1630. in 4.

3 *La vita del B. P. Franceſco Borgia.* Romæ 1624. in 8.

4 *Eſercitio della preſẽza di Dio parte 1. & 2.* Ibid. 1621. in 12.

Scripſit prætereà, ſed non edidit,

La vita della B. Maria Madalena de' Pazzi.

La vita di S. Franceſca Romana, &

De Sanctorum Canonizatione, Tractatum. De eo Victorellus lib. 2. de Angelorum cuſtodia. *Huius* Aloyſij Gonzagæ, *mores, admirandaq; geſta doctus concionator Virgilius Ceparius, ſanctiſsimi iuuenis virtutes admiratus, eleganti, piaq; ſcriptione proſequitur.* Et in Recenſione, *Virgilius Ceparius Scholaſticæ Theologiæ, Sacrorum Bibliorum, & Patrum apprimè doctus, diſertusq; Eccleſiaſtes B. Aloyſij Gonzagæ vitam diligenti calamo* com-

complexus eſt, vtiliſsimumq; de Dei præſentia *librum: alia confecit, quæ impreſſa non vidi, nempè librum* de Amicitia, *de quo Poſſeuinus in Apparatu, & iuſtum volumen inſcriptum*, Directorium Canonizationis, *in quo illum Iuris-peritum, Iuri enim ſtuduit antequàm Societati aſcriberetur, agnoſces. Lauri Catalogum decorat, cum aliјs.*

VIRGILIVS VERRVCCIVS edidit Italicè Comædias,

1 *Spada Fatale*. Viterbij apud Diſcipulum 1627. in 12.

2 *Moglie Superba*. Ibidem apud eundem 1630. in 12.

3 *Erſilia*. Ibidem apud eundem 1622. in 12.

4 *La Portia*. Ibidem apud eundem in 12.

5 *Vecchio Innamorato*. Ibidem apud eundem 1619. in 12.

6 *La Vendetta Amoroſa*. Ibidem apud eundem 1624. in 12.

7 *Stroppiati*. Venetijs apud Alexandrũ Vecchiũ 1612. in 12.

8 *Diuerſi linguaggi*. Ibidem apud eundem 1609. in 12.

9 *Il Seruo Aſtuto*. Ibidem apud eundem 1610. in 12.

10 *Diſpettoſo Marito*. Venetijs 1626. in 12.

11 *Colombina*. Fulginiæ apud Auguſtinũ Alteriũ 1628. in 12.

12 *La Schiaua*. Ibidem apud eundem 1629. in 12.

VRBANVS FELICEVS Epiſcopus Policaſtrenſis edidit,

1 *De Summa Trinitate*, ad Vrbanum VIII. Panegyricum habitum coram eodem Sanctiſsimo in Sacello Quirinali ipſo Trinitatis die. Romæ Typis Cameralibus 1627. in 4. Addidit,

Binium Epiſtolare, vbi Panegyricus de Trinitate præſidium parat, alteram ad Dominicum Grauinam ex Prædicatorum Familia, alterã ad Antonium Caracciolum Clericum Regularem, quem *diuini ingenij cultu Muſarum Hortum, & beatorum Sapientum Elyſium, ætatis noſtræ primarium* vocat.

2 *Synodum Diœceſanam Polycaſtrenſem à ſe celebratam anno MDCXXXII*. Romæ Typis Vatic. 1632. in 4. Legi eiuſdẽ Felicei, *Hiſtoriæ Põtificiæ iuriſdictionis Auctore Michaële Bouſſel Gallo, Pariſijs apud Ioannem, & Stephanum Richer excuſſæ 1625. Cenſorias notationes*, nondum cuſas, quod ſciam.

VRBANVS GEORGEVS Acad. Phantaſticus edidit Italicè,

1 *L'Adone Intermedij*. Romæ apud Corbellettũ 1631. in 4.

2 *Scelta di Poeſie nell'Incendio del Monte Veſuuio*. Ibidem apud eundem 1631. in 4.

ZA-

Z

ZACHARIAS BOVERIVS Salutienſis Capuccinus edidit,

1 *Demonſtrationes Symbolorum veræ, & falſæ Religionis aduerſus præcipuos, ac vigentes Catholicæ Religionis hoſtes Atheiſtas, Iudæos, Hæreticos præſertim Luteranos, & Caluiniſtas*, in duos Tomos diſtributas. Lugduni ſumptibus Horatij Cardon 1617. in fol.

2 *Parænesim Catholicam ad Marcum Antonium de Dominis olim Archiepiſcopum Spalatenſem, nunc verò à S.R.E. Apoſtatã, & in Angliam transfugam*, in qua examinantur, & refelluntur quatuor Libri eiuſdem de Repub. Eccleſiaſtica. Lugduni apud Ioannem Charuet 1618. in 8.

3 *Orthodoxam conſultationem, de ratione veræ Fidei, & Religionis amplectendæ*, ad Carolum Valliæ Principem, Iacobi Magnæ Britaniæ Regis Filium, &c. in duas partes diſtributam. Madriti apud Thomam Iunti Typographum Regium 1623. in 4.

4 *Cenſuram Pareneticam in IV. Lib. de Republica Marci Antonij de Dominis*. Mediolani 1621. in fol.

5 *Directorium Fori Iudicialis pro Regularibus*, &c. Auguſtæ Taurinorum apud Aloyſium Pizzimilium 1624. in 4.

Ante paucos menſes Romæ fuit: hinc Lugdunum profectus præeſt editioni *Annalium Religionis Fratrum Capuccinorum*, quos aſsiduo ſtudio confecit, & iam vulgatus eſt,

6 *Annalium, ſeu Sacrarum Hiſtoriarum Ordinis Minorum S. Franciſci, qui Capuccini nuncupantur*. Tom. I. in quo vniuerſa, quæ ad eiuſdem Ordinis ortum, & progreſſum vſque ad annum MDLXXX. ſpectant, traduntur. Lugduni ſumptibus Claudij Landry 1632. in fol. De hoc Viro loquitur Victorellus in libro Manuſcripto de Parocho.

Inſerenda ſuis locis:

Pap. 34. 6. ANDREAS BARBATIA Bononienſis edidit Italicè,

Canzone, in funere Comitiſſę Bianchę Bentiuolę vxoris,cum alijs eiuſdem generis carminibus Italicis Bononiæ 1631. in 4. Propediem editurus eſt,

L'Armidoro Fauola Paſtorale, &

Carminum Italicorum, Volumen.

Pag. 44. 6. ANTONIVS MARIA CORASIVS Cortonenſis I. V. D. edidit,

De Communi V. I. Doctorum opinione conſtituenda, attendenda, & pœnis recedentium ab ea, Tractatum. Peruſiæ apud Valentem Panitium 1572. Venetijs, Coloniæ, & alibi.

Pag. 73. 18. CONSALVVS DVRANTVS Epiſcopus Feretranus edidit,

1 Reuelationes S. Brigittæ *Notationibus nouis, varijsq; Lectionibus* locupletatas,Tom.I. Romę apud Grignanũ 1628.in f.

2 Reuelationum S. Brigittæ libros tres poſteriores *Notationibus nouis, varijsq; Lectionibus* locupletatos Tom.II. Ibidem.

Pag. 79. 1. DÆDALVS FORTVNATVS Surianenſis edidit Italice,

La Vita di S.Eutitio, in Ottaua Rima. Viterbij apud Bernardinum Diotalleuium 1631.in 8. Perfecit etiam.

Gl'Infelici Contenti, Comedia.

Nabuchodonoſore, Tragedia. & Dramata;

Di S. Vittore. *Di S. Chriſtina*.

Di trè Putti Hebrei meſſi nella Fornace ardente;

Pag. 79. 19. Poſt illa Verba, *Via Iacobæa* 1631. *in* 4. Illius alia recenſet Thomas Dempſterus in Hiſtor. Eccleſiaſt. Gentis Scotorum lib. III. *Dauid Camerarius, ſeù Chalmer Sacerdos catholicus antiqua, & nobili Fintria familia, vir inſigni literatura, Græcè, & Latinè doctus, vita continenti, ac probatiſſimis moribus in Gallijs, Hiſpanijs, Italiaq; diù verſatus, magna modeſtia, & integritatis apud omnes opinione ſcripſit pleraq; in his eſt*;

Lyſander, & Lucina lib. I. Poëtica Hiſtoria elegantiſſima, qua vita ſpiritualis, ſpeculatiua, vt loquuntur, & actiua perfectio continetur. Et habet excurſus venuſtiſsimos.

In Ius Canonicum aliqua lib. I. Vixit Roma patria neceſſarius, omnibus vita integritate charus.

Pag. 83. 10. DOMINICVS CASTELLVS edidit Italicè,

1 *Informatione di quanto ſi è fatto, e reſta à fare intorno alla generale bonificatione di Romagna.* Fauentiæ apud Georgium Zavaſaglum 1621. in 4.

2 *Imbarco della Sereniſsima Regina d'Vngaria nel Porto d'Ancona sù le Galere Venetiane il dì 24. di Gennaro 1631.* Delineatum, & ære inciſum in quatuor folijs magnis expanſis.

Pag. 110. 11. FRANCISCVS METELLVS Boiſroberti Dominus vertit ex Italica in Gallicam linguam,

1 *Tragicomædiam Paſtoralem Ioannis Baptiſta Guarini*, dictam, *Paſtor Fido*. Lutetiæ Pariſiorum, in 8.

2 *Septem Pſalmos Pœnitentiales*, ad Mariam Mediceam Reginam Galliæ, in 8.

3 Hiſtoriam amatoriam quoque compoſuit, vulgo *L'Iſtorie Indiene*, in 8.

4 *Carmina* varia, & *Epiſtolas* ſparſim editas cum alijs Auctoribus in 8.

Pag. 128. 9. Poſt illa Verba, *& Victorellus*. De eiuſdē etiam Odis Iacobi Bidermani Criſis iam vulgata eſt. *Gregorij Portij, Viri perilluſtris, omniq; cùm humanitate, tùm literatura in paucis eximij, Odas duas, Sapphico vtramq; verſu, tersè, nitidèq; compoſitas legi: incertum maiori voluptate, an admiratione: ita me carminis expoliti, numeroſiq; par, indè ſuauitas, hinc eruditio, latinitasq; ſuſpendit. Res ibi magna, magniq; Principes, non impari penicillo pinguntur: & altero, Vrbani, maior humana maieſtas; altero, Scipionis Burgheſij Eminētiſsimi Principis, Purpura, Studia, Cimelia, Opera, pridem etiam ſe ipſis è longinquo conſpicua, propiùs inſpicienda Lectori admonentur. Nihil in carmine, cetera pleno, & graui tumidum. Quod eo maxime placuit; quod eſſe videam haud nullos hodiè, qui carmen, niſi praſolle turgeat, & ex tumore cum Rana Phrygia cre-*

pet,

pet, ſanum, Lyricumq; eſſe non putent ſ magno Poëſeos noſtræ damno, & probro. Tum deindè in crebra fabularum, & antiqui ritus alluſione, mirum eſt, quam nihil ſit obſcurum! vt per ingenioſam Auctoris induſtriam, Lectoribus clara omnia, atque ideò præclara meritò ſuo iudicentur. Demum in ſtylo rotundiſſimo, nihil vſpiam tortum, aut coactum: ſed verba quamquam numeris ſeuerisſimè vincta, tamen ita feliciter omnia, promptèq; fluunt, vt oblata potiùs, quam conquiſita poſsint exiſtimari. Id ego tam nobile Poëma, de Auctoris erudita manu acceptum, ſæpèq; & periucundè lectum, vix demum, nec ſine oſculo depono.

Pag.136.36. HORATIVS CARDVS ROSATVS Camers edidit,

De Martyrio S. Venantij, Orationem habitam in Baſilica Vaticana die 18. Maij 1631. Romæ apud Facciottum in 4.

Pag.139.20. Poſt illa *apud Iacobum Sermodi 1626. in 12.* Plura alia edidit in omni ferè ſcientiarum genere non aſpernanda, quorum tantum titulos, cum Impreſſores non teneam, deſcribam, in Humanioribus,

Narrationum Oratoriarum, lib. III. Vol. I. ex Cicerone.

Narrationũ Oratoriarũ, lib. III. Vol. II. ex diuerſis Auctoribus.

Ignatium, ſiuè, *De vita S. Ignatij*, lib. III.

Vbaldinum, ſiuè, *De vita, & indole Antonij Mariæ Vbaldini*, Breuiarium. In Philoſophicis, Opuſcula,

I. *De Obiecto Logico.* II. *De Demonſtratione.* III. *De Principijs Phyſicis.* IV. *De Phyſico locato.* V. *De Phyſico Extenſo.* VI. *De Phyſico Intenſo.* VII. *De Phyſico Animato, in genere.* VIII. *De Phyſico Animato, in ſpecie.* In Theologicis,

I. *De Gratia.* II. *De Prædeſtinatione.* III. *De Conſcientia.* IV. *De Suffragijs.* V. *De Pœnitentia.* VI. *De Cenſura.* VII. *De Irregularitate.* VIII. *De Eleemoſyna.* IX. *De Sponſalibus.* X. *De Matrimonij impedimentis.* Et in Controuerſijs contra Hæreticos præter libros Agoniſticon,

Proluſionum, lib. III. Et in Poëticis tandem,

Heroũ Epiſtolas, lib. III. Homo acutus, natura, vſuq; perſpicax.

IACOBVS CORDELLVS Viterbiẽſis edidit Italicè,

I Battaglia Amoroſa, titolata, Rouina di Trabiſonda. Viterbij apud Bernardinum Diotalleuium 1631. in 8.

2 *Le Ninfe Crudeli, Comedia*. apud eundem Bernardinum Diotalleuium 1632. in 12.

IACOBVS PHILIPPVS CAMOLA

Pag.142.23. Romanus edidit Italicè,

Breue racconto della Vita del Sig. Caualier Marino, cum Poëmate Italico Ioannis Baptiſtæ Marini, *De Innocentium Puerorum clade*. Romę apud Iacobū Maſcardum 1633. in 16. Perfecit Volumina,

Latinorum Carminum, alterum, alterum,

Luſuum quorundum Poëticorum, Hetruſco ſermone, ac metro, in Latinos deinde numeros commodiſſimè tranſpoſitorum, quæ mox edet.

Poſt illa Verba, *Camerales* 1629. *in* 8.

Pag.144.33. 4 *Iatro-lauream Gabrielis Naudæi Pariſini*, à Leone Allatio Græco carmine inauguratam, Latino reddidit. Romæ apud Maſcardum 1633. in 8. Plura confecit ſoluta, & vincta Oratione, Latina, & Italica nondum, quod ſciam, edita. Inter ea non infima ſunt,

Vita Columellæ } ad Franc. Maurocenū D. Marci Procur.
Vita Q. Curtij Ruſi }

In Auctorem ad Herennium Animaduerſiones.

Philippica Ciceronis nomine in M. Antonium.

De Aqua Martia, libellus.

Commentaria in Tacitum.

Notæ in Iuuenalem, & Perſium.

Indagines, vbi expunctiones Auctorum, ac eorum menda continentur. Et carmine,

De Armamentario Nauali Veneto, Poëmation.

De Stipe Neptuni, vulgo *Sponſalitio del Mare*, Poëmation.

De Pegmate ſubitaria Nauis, Poëmation.

Epula Principis.

Elegiarum, liber.

Epigrammatum, lib. II.

De cæde Neronis, Carmen.

Suaſoria Militum ad Alexandrum Magnum, ne intret Oceanum. Et Italicè,

La Diſcordia di Petronio, in Ottaua Rima.

So-

Sonetti, Canzoni, Madrigali. Multi ſunt, qui ingeniũ ſcriptoris commendant. Mihi inſtar omnium erunt ex amæniſſimo Balthaſſaris Bonifacij ad Argolũ Epigrãmate carmina, quę humaniſſimis moribus, & ingenij dexteritate, atq; acumine argutus, Scriptorq; non inelegans Aſcanius Belmiſſerus ſuppeditauit.

Auſpicijsq; bonis, quos, vel doctrina, vel ætas
Non potuere ſimul iungere, iungit Amor.
Noſtra tuis opibus largè, vt ditetur egeſtas,
Scilicet è Penia gignit Erota Porus.
Nam mihi dum Soles abeunt, incommoda multa,
At tibi, dum veniunt, commoda multa ferunt.
O, qui ſolus eris cithara laus vnica Thuſca,
Vnicus, & Latia, gloria ſola lyra.
Imò tibi vel Mæonides concedet, eriſq;
Argolus, Argolica fama, decusq; tuba.
Quippè illum Critici, ceu frontis lumine caſſum,
Iudicio cæcum, ſæpè fuiſſe putant.
Nomine ſed contra paruus, qui diceris Argus,
Ingenio quondam Maximus Argus eris.

Pag.125.23. IOANNES BAPTISTA PIANELLVS Romanus edidit Italicè,

1 *Li Riuali, Comedia.* Fulginiæ apud Auguſtinum Alterium 1630. in 12.

2 *Le due Sorelle Simili, Comedia.* Romæ apud Ludouicum Grignanum 1633. in 12. Editurus eſt,

Li Falſi Mori.
Li Diſagi Amoroſi.
L'Altamoro.
Il Fortunato Amante.
Il Garbuglio.
Rime, & Proſe.

Pag.190.18. MAXIMVS CELLIVS Romanus edidit Italicè,

1 *Orationem*, in Barbanigum copiarum Reipublicæ Venetæ Imperatorem electum, habitam Palmæ-nouæ. Venetijs apud Marcum Cenamum 1625. in 4.

2 *Florinda Regina di Patuſa*, Tragicomædiam. Romæ apud Iacobum Maſcardum 1629. in 12.

3 *Lelio fauorito Cortegiano.* Romæ apud Caballũ 1633. in 12.

Pag. 207. 34. ODOARDVS PACCIECVS Luſitanus Ord. Eremitarum S. Auguſtini, RectorCollegij Olyſſiponenſis, edidit patrio ſermone,

1 *Vitam S. Claræ de Monte-Falco Ordinis S. Auguſtini.* Olyſſipone per Antonium Aluarado 1629. in 4.

2 *Vitam B. Thomæ de Villa-noua Ordinis S. Auguſtini Archiepiſcopi Valentini cognomento Eleemoſynarij, cum Epitome magnorum illius in Chriſto filiorum eiuſdem Ordinis in Caſtella, & Luſitania.* Olyſſipone apud Petrum Krasbeech 1630. in 4. Sub prœlo eſt Barcinone,

3 *Triumphus Sanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti, ac de ipſius debita adoratione, & cultu.* Scripſit etiam,

Sacrorum Concionum in Chriſti, ac Virginis Mariæ feſtiuitatibus, ac de Sanctis Ordinis S. Auguſtini.

SCRIPTORVM Cognomina ad facilem Nominis inuentionem.

A

ABbatus Antonius. pag. 38.
Accariſius Iacobus. 137.
Adiunctius Nicolaus. 198.
Aioſſa Antonius. 38.
Albanus Angelus. 37.
Alciatus Terentius. 238.
Aleander Hieronymus. 123.
Allatius Leo. 176.
Alſarius Vincẽtius Crucius. 250.
Aluccius Cæſar. 64.
Amatus Angelus. 37.
de Amicis Ouidius. 208.
Amydenus Theodorus. 239.
de Angelis Paulus. 209.
Angelonus Franciſcus. 103.
Antoninus Marcus. 186.
Arcudius Petrus. 216.
Arculenſis Victorius Thomas. pag. 250.
Argelus Cęſar de Paltronib. 65.
Argolus Andreas. 26.
Argolus Ioannes. 144. 260.
Arnos Ioannes. 144.
Aſcenſionis Arſenius. 52.
Auerſa Raphaël. 232.
Auila Ioannes Roa. 164.
Van Axel Io. Honorius. 160.
Azzolinus Laurentius. 174.

B

BAcceus Michaël. 192.
Baccius Petrus Iacobus. 224.
Baianus Andreas. 30.
Balbianus Cornelius. 76.
Balduccius Franciſcus. 104.
Balduccius Nicolaus. 198.
Baldus Baldus. 58.
Bandiera Dominicus. 82.
Barbatia Andreas. 257.
Barberius Nicolaus. 198.
Barboſa Auguſtinus. 52.
Bariſonus Paulus. 209.
Baronius Octauius. 206.
Bartholomæus Hieronymus. pag. 129.
Baſſus Ioſephus. 166.
Baſſus Marcus Antonius. 186.
Baſſus Simon. 234.
Battaglinus Franciſcus. 104.
Baudierus Michaël. 192.
Becillus Cæſar. 65.
Benignus Dominicus. 82.
Berzettus Nicolaus. 198.
Bidermanus Iacobus. 139. & 259.
Biſcaretus Auguſtinus. 54.
Blundus Frãciſcus Ant. 103.
Bombinus Paulus. 209.

R 4

Bonacina Martius. 189.
à Bononia Sigiſmundus. 234.
Borrus Chriſtophorus. 66.
Bottifangus Iulius Cæſar. 170.
Bouerius Zacharias. 256.
Bouinchius Hermanus. 129.
Bozzius Franciſcus. 104.
Braccinus Iulius Cęſar. 170.
Bracciolinus Franciſcus. 104.
Braccius Ignatius. 142.
Brandus Ambroſius. 25
Briccius Ioannes. 155
Briuius Franciſcus. 106.
Briuius Hieronymus. 129.
Briſellius Ioannes. 156.
Brundo Antiochus. 38.
Brunus Antonius. 38.
Brunus Cœleſtinus. 73.
Bubalus Stephanus. 235.
Burzæus Amabilis. 25
C
CAbæus Nicolaus. 199.
Cacatius Baſilius. 62.
Cæſarinus Alexander. 21.
Cæſarinus Ferdinandus. 90.
Cæſius Federicus. 87.
Caëtanus Sebaſtianus. 233.
Caietanus Conſtantinus. 73.
Camerarius Dauid. 79. 257.
Camola Iacobus Philipp. 260.
Campanella Thomas. 240.
Campeſius Dominicus. 82.
Campus Petrus Maria. 224.
Cantanazorius Ioannes. 156.
Capiferrus Franciſcus Magdalenus. 107.
Capuccinus Mutius. 197.
Caraccia Archangelus. 51.
Carduccius Franciſcus. 106.
Cardus Horatius Roſatus. 259.
Cariophylus Ioãnes Matthęus. pag. 106.
Carnicerus Franciſcus. 106.
Carolus Ferdinandus. 90.
Caſſilius Antonius. 42.
Caſtaldus Ioãnes Baptiſta. 147.
Caſtellanus Ioannes Maria. pag. 162.
Caſtellinus Lucas. 181.
Caſtellus Benedictus. 62.
Caſtellus Dominicus. 258.
Caſtellus Petrus. 217.
Caſtorius Bernardinus. 63.
de S. Caterina Sanctius. 232.
Caus Ioannes. 156.
Cauus Hilarius. 136.
Ceccottus Ioannes Baptiſta. pag. 148.
Cellius Antoninus. 38.
Cellius Maximus. 261.
Cencius Iulius. 171.
Cētoflorenius Ludouicus. 183.
Ceparius Virgilius. 254.
Cerchiarus Ioannes Aloyſius. pag. 143.
Cereſola Flaminius. 97.
Ceus Nicolaus. 199.
Cherubinus Angelus Maria. pag. 37.
Cherubinus Flauius. 99.
Chiffellius Henricus. 128.
Chriſtophorus Federicus. 89.
de Cabra Timotheus Pimētelius. 245.
Ciam-

Ciampolus Ioannes. 156.
Ciantes Ignatius. 142.
Ciera Paulus. 212.
Cioffius Petrus. 222.
Ciroccus Franciſcus. 106.
Cletus Aëtius. 20.
Coccinus Ioannes Baptiſta. pag. 148.
Colladus Didachus. 81.
Columbus Hieronymus. pag. 130.
de Comitibus Oddò. 207.
Conæus Georgius. 225.
Conceptionis Nicolaus. 199.
Contelorius Felix. 89
Coraſius Antonius Maria. 257.
Cordellus Iacobus. 259.
à Corduba Hieronymus. 130.
de Corral Gabriel. 113.
Cottho Tancredus. 237.
Creſſolius Ludouicus. 184.
Criarda Chriſtophorus. 67.
Cribellatus Cæſar. 66.
Croſetus Simon. 235.
Crucius Vincentius Alſarius. pag. 250.

D

Dadus Thomas. 243.
Diſſa Octauius. 206.
de Dominicis Iulius. 171.
Donatus Alexander. 21.
Donius Ioannes Baptiſta. 149.
Donnola Thadæus. 239.
Duardus Leonardus. 181.
Dulcebenius Ludouicus. 184.
Durantus Conſaluus. 257.
Duranus Paulus. 212.

E

Empolus Laurentius. 174.
Eugenius Michael Angelus. pag. 192.

F

Faber Gabriel. 114.
Faber Ioannes. 157.
Faber Philippus. 228.
de Fabris Ioãnes Baptiſta. 150.
Falces Ioannes de S. Stephano pag. 165.
Faria Emmanuel. 84.
Fattorius Patritius. 209.
Feliceus Vrbanus. 255.
Felicius Felix. 90.
Ferentillus Ioannes Franciſcus. pag. 158.
Ferrarius Ioãnes Baptiſta. 150.
Fidinus Dominicus. 83.
Figliuccius Flaminius. 97.
Filingerius Placidus. 228.
Finugius Io. Franciſcus. 157.
Flemmingus Patritius. 209.
Fleſca Frãciſcus Antonius. 103.
de Fliſco Flauius. 99.
Florauantius Hieronymus. 130.
Fonſeca Damianus. 79.
Fonſeca Gabriel. 114.
de Fontis Gaſpar. 120.
Foreſtus Theodorus. 239.
Fortunatus Dædalus. 257.
Frizherbertus Thomas. 243.
Frugolus Antonius. 43.
Fuligatus Iacobus. 139.

G

Gabriellus Angelus. 37.
Gaffarellus Iacobus. 139.

Gal.

Galganettus Leander. 175.
Galilæus Galilæus. 118.
Gallutius Angelus. 37.
Gallutius Tarquinius. 237.
Garippa Io. Matthæus. 164.
Gaſſendus Petrus. 70.
Gattula Iuo. 172.
Gauantus Bartholomæus. 59.
Gelſominus Andreas. 34.
Georgeus Vrbanus. 255.
Geraldinus Onuphrius. 208.
Gerardus Antonius. 43.
Germanus Antonius. 43.
Ghettus Hieronymus. 130.
Ghirardellus Africanus. 20.
Ghislerius Michaël. 193.
Gonzaga Ioannes. 158.
Goſſellinus Bernardinus. 63.
Gottifredus Alexander. 21.
Graccus Nicolaus. 199.
Graſſus Horatius. 136.
Gratianus Ioſephus. 167.
Griebergerus Chriſtophor. 69.
Groſſus Thomas. 243.
GuadagnolusPhilippus. 228.
Guerrinus Franciſcus. 107.
de Gueuara Ioannes. 158.
Guidiccionus Lęlius. 172.
Guidottus Laurentius. 174.
Guiniſius Vincentius. 252.
Gyptius Bartholomæus. 59.

H

HAëx Dauid. 79.
Hanegrauius Cornelius. 76.
de Herrera Petrus Martinez. pag. 256.
de Herrera Thomas. 244.
Hieronymus Michaël. 195.
Holſteinius Lucas. 181.
Hoſtienſis Io. Baptiſta. 151.

I

IAcchettus Ioannes. 160.
Incofer Melchior. 190.
Iordinus Antonius. 43.
Iouanettus Marcellus. 184.
Iozius Sebaſtianus. 233.

K

KApſpergius Ioannes Hieronymus. 149.

L

LAmpugnanus Hieronymus. pag. 131.
Lampugnanus Iacobus. 141.
Lancellottus Victorius. 250.
à Lapide Cornelius. 76.
Lauorius Iulius. 171.
Lentus Ioſephus. 167.
de Leone Alphonſus. 25.
Leonicus Michaël. 197.
Leonida Fabius. 85.
Leporeus Ludouicus. 185.
Leuera Franciſcus. 107.
Lezana Ioannes Baptiſta. 151.
Litteratus Antonius. 43.
Loſada Petrus. 224.
Loterius Melchior. 192.
Lucarinus Reginaldus. 232.
de Lugo Ioannes. 161.
Lumbiſſanus Horatius. 137.

M

MAgdalenus Franciſcus Capiferrus. 107.
Maia Ioannes Franciſcus. 157.
Malacrida Martius. 189.

Mal-

Maldentus Manfredus. 185.
Maluaſia Bonauentura. 64.
Manarus Stephanus. 236.
Manelphus Ioannes. 162.
Mangilius Io. Antonius. 44.
Manſius Marcellus. 186.
Marcellinus Attilius. 52.
à S.Maria Ferdinandus. 96.
à S.Maria Hieronymus. 132.
Marinarius Antonius. 43.
Marinus Franciſcus. 109.
Marinus Octauianus. 206.
Marinus Stephanus. 236.
Marlianus Ambroſius. 26.
Martianus Franciſcus. 110.
Martinellus Florauantes. 100.
Martinellus Vincentius. 252.
Martinez Petr.de Herrera. 225.
Maſcardus Auguſtinus. 54.
Maſſentius Dominicus. 83.
Maſſobrius Io. Antonius. 144.
Maſſutius Thomas. 244.
Matraia Ioſephus. 169.
Matthæius Andreas. 229.
Mautinus Hieronymus. 131.
Mazzeus Decius. 79.
Megallius Marcellus. 186.
Memmolus Decius. 79.
Mendoza Franciſcus. 110.
Menochius Io.Stephanus. 165.
Menſa Didacus Pereſius. 81.
Mercatus Iacobus. 141.
Merlinus Clemens. 71.
Meronus Paulus Ioſephus. 212.
Metellus Franciſcus. 258.
Miedel Franciſcus. 110.
Milanus Benedictus. 62.
Miletus Iacobus. 142.
del Monacho Franciſcus Maria. 108.
Montalbanus Io.Baptiſta. 151.
Montis-Catini Antonius. 44.
Morelles Coſmus. 77.
Moricuccius Hieronymus. 132.
Moruellus Matthæus. 190.
Morus Ludouicus. 185.
Moſcus Michaël. 197.
Mutius Pius. 228.

N

Naldius Antonius. 44.
Naudæus Gabriel. 114.
Nobilius Ioannes. 164.
Nouarinus Aloyſius. 24.
Nouatus Io. Baptiſta. 152.

O

Obicinus Thomas. 244.
Olina Ioannes Petrus. 164.
Oregius Auguſtinus. 56.

P

Pacciecus Odoardus. 262.
Paganus Latinus Vrſinus. 174.
Paganus Matthæus. 190.
Pallauicinus Sfortia. 233.
Palma Blaſius. 63.
Palmuccius Annibal. 38.
Papinus Carolus. 66.
Paſchalius Valentinus. 249.
Paſſerinus Io.Baptiſta. 152.
Paulinus Stephanus. 237.
Paulius Petrus Frãciſcus. 222.
Peregrinus Aleſander. 21.
Pereſius Didacus Menſa. 81.
Pereſius Ioannes Roxas. 164.
Perottus Nicolaus. 246.

Perottus Torquatus. 246.
de Perufio Io.Baptiſta. 152.
Peruzzinus Andreas. 34.
Petilius Marcus Antonius. 186.
Philippellus Iulius. 172.
Pianellus Io. Baptiſta. 261.
Pica Ioannes Carolus. 156.
Picerlius Siluerius. 234.
Picus Dominicus. 83.
Pignorius Laurentius. 49.
Pimentelius de Ciabra Timotheus. 245.
Pintus Iacobus. 142.
Piranus Paulus. 213.
Platus Domitius. 84.
Politius Vincentius. 252.
Ponticellus Dominicus. 83.
Portius Gregorius. 127. 258.

Q

QVærengus Antonius. 44.

R

RAinaldus Alexander. 22.
Rapacciolus Franciſcus. 110.
Raymondus M.Antonius. 188.
Recupitus Iulius Cæſar. 171.
Rhodinus Neophytus. 198.
Riccardius Nicolaus. 199.
Riccardius Vincentius. 253
Riccius Io. Aloyſius. 143.
Riccius Ioannes Iacobus. 161.
Righellus Franciſcus. 110
Rinaldus Franciſcus. 110.
Ripa Franciſcus. 110.
Riſpolis Io.Matthæus. 164.
Riſius Sergius. 233.
Rò Ioannes. 164.
Roa Auila Ioannes. 164.
Roccabella Thomas. 245.
Rocchus Hieronymus. 132.
Rodulphinus Petrus. 225.
Rodulphus Nicolaus. 202.
Rogerius Franciſcus. 111.
Rondaninus Bonauentura. 64.
Roſatus Horatius Cardus. 259.
Roſinus Iacobus. 142.
Roſpiglioſus Iulius. 172.
Roſſelminus Franciſcus. 111.
Roſſius Ioãnes Victorius. 166.
Rota Scipio. 223.
Rouettus Io. Andreas. 143.
Roxas Ioannes Pereſius. 164.
de Rubeis Scipio. 233.
Rubeus Theodoſius. 239.
Ruſellus Orpheus. 208.

S

SAccus Franciſcus. 111.
Salomonius Dominicus. 84.
Sanctius Leo. 181.
Sanctorellus Antonius. 50.
Saracenus Gerardus. 127.
Sas Cornelius. 77.
Scacchia Sigiſmundus. 234.
Scacchus Fortunatus. 100.
Scalabonius Laurentius. 175.
Scaramuccia Angelitta. 38.
Scheiner Chriſtophorus. 68.
Scialac Victorius. 250.
Scipio Marcus Antonius. 188.
Serpetrus Nicolaus. 203.
Seueranus Ioannes. 465.
Sgãbatus Franciſc.Ant. 103.
Sgambatus Scipio. 233.
Siacinskius Stephanus. 237.
de Simeonibus Gaſpar. 120.

So-

Solimanus Iulius. 172.
Sopranius Io.Hieronymus. 160.
Spadius Io.Baptiſta. 152.
Spinellus Frãciſcus Maria 108.
Spinula Fabius Ambroſius. 85.
Spitillus Gaſpar. 125.
Stellutus Franciſcus. 111.
de S.Stephano Ioannes. 165.
Stilianus Thomas. 245.
Strada Famianus. 85.
Strozzius Nicolaus. 203.
Suareſius Ioſeph.Maria. 167.
de Summa Agatius. 20.

T

TAberna Brunorius. 64.
Taluccius Cælius. 73.
Taluccius Spinus. 235.
Tamburinus Aſcanius. 52.
Taſſonius Alexander. 23.
Tempeſtinus Antonius Franciſcus. 42.
Thadæus Dermicius. 81.
Thomas Victorius. 205.
Thomaſſinus Pompeius. 229.
Todeſchinus Bernardinus. pag. 63.
Tolomæus Iacobus. 142.
Tolomæus Io. Franciſcus. 158
Tomcus Ioannes. 166
Torinus Balthaſar. 58.
Torrettus Franciſcus. 113.
Torrigius Frãciſcus Maria. 108.
Tortolettus Auguſtinus. 135.
Tortolettus Bartholomæus. 59.
Tortolettus Hieronymus. 133.
Triſſinus Gaſpar. 125.
Tronſarellus Octauius. 206.
Trullerius Ioſephus. 169.
Tumba Antonius. 51.
Turaminus Bernardinus. 63.

V

VAddingus Lucas. 182.
Valeſius Ioãnes Aloyſius. 143.
Valeſius Martinus Angelus. 188.
Valguarnera Marianus. 188.
de la Valle Ludouicus. 185.
à Valle Petrus. 225.
Valmarana Odoricus. 207.
Vaus Stephanus. 237.
Vbertus Gratioſus. 126.
Vecchiettus Hieronym. 136.
Venturius Franciſcus. 113.
Verdellus Fauſtus. 87.
Verges Barnabæus. 59.
Verruccius Virgilius. 255.
Vghellus Ferdinandus. 69.
Victorellus Andreas. 34.
Victorius Angelus. 37.
Villanius Nicolaus. 204.
Vim-Bodinus Michaël Ioannes. pag. 195.
Vitelleſcus Mutius. 197.
Viuianus Iulianus. 170.
Viuianus Marius. 188.
Volponus Iacobus. 142.
Vriellius Laurentius. 175.
Vrſinus Latinus Paganus. 174.
Vulpes Antonius. 51.

Z

ZAccagnius Io.Camillus. 156.
Zacchias Paulus. 213.
Zacchias Silueſter. 234.
Zecchinus Petrus Maria. 225.
Zucchius Nicolaus. 205.

Per-

Perilluſtri, ac Excellentiſsimo Viro Andreæ Argolo Fortunius Licetus B. A.

LEonis Allatij, Viri multa, ac præclariſſima eruditione conſpicui, pagellas de Scriptoribus à nouiſſimo triennio Romanos Typographos exercentibus, quas mihi viſendas miſiſtî V. C. nunc ad Te cum gratiarum actione remitto. Fateor in illis me vidiſſe Romam Polymathia pleniſſimam: ſed nil mirum ſub literatiſsimo Principe nunc in Vrbe florere literas, & literatos innumeros, quemadmodum ſub Regibus, Conſulibus, & Imperatoribus bellicoſis olim ibidem viguerunt arma, & fortiſsimi Duces, ac ſtrenui milites extra numerũ; Principis etenim ad exemplum, vt ait ille, totus cõponitur Orbis Reipub. Vale, & me ama. ex Muſæo noſtro Patau. viij. Idib. Maij MDCXXXIII.

Viro Cl. Leoni Allatio Polyhiſtori eruditiſsimo Iacobus Philippus Thomaſinus.

CLariſsimo Io. Argolo Muſarum corculo multũ debeo, quod Libelli tui, *De Scriptoribus Romanis*, mihi initiũ ſuggeſſerit; quem ſanè non minus auidè, quam libenter cũ amiciſsimo viro Creſcentio Saccardo, Illuſtriſsimo, & Reuerendiſsimo Epiſcopo noſtro à Secretis curſim perlegi. Opus eximium, & verè noſtri ſeculi Illuſtrium Scriptorum Muſæum, in quo reuiuiſcũt literæ, varijq; reconditæ eruditionis Auctores tuo calamo ſpirant. Inſipidus forem niſi mirarer ſummoperè dictionis elegantiã, rerum ſeriem, & Scriptoris vigilantiam, laborem, fidem, qui altioribus etiam ſtudijs deditus, ſub felici Eminẽtiſsimi Card. Biſciæ aura, nobis ingenij elaboratiſsimi cultiſsima Hiſtoriarum, & Eruditionum monumenta prębes deguſtanda. Vt non immeritò mecum in communem tui cultum venerint huius literaturæ Viri eximij, Fortunius Licetus, & Ioannes Cotunius ſummi Philoſophiæ Interpretes, Ioannes Veſlingius Anatomicus, Antonius Aloyſius Aldrighettus, & Ioannes Gualuacus publici Gymnaſij Lectores, & Ioannes Rhodius Danus Medicus, & Phyſiologus præſtãtiſsimus. qui in dies tua VARIA ANTIQVA deſiderãt. Reliquos mitto, quorum conſcius mihi teſtis eruditiſsimus veſter Naudæus. Vale, meq; tuarum virtutum admiratorem tuo more ama. Patauij raptim die x. Iunij MDCXXXIII.

V. C.

V. C.

D. LEONI ALLATIO.

QVIN lentum accelera gradum
Vindex vna probis FAMA laboribus,
Nutrix vna Viros fouens,
Niſu quos ſocio Melpomene colit,
Quos mortalibus eximit
Mens cœlos penetrans aurea legibus.
Iam ſaxis facies prior,
Neglectum ſtudio iam rediјt decus.
Quos ALLATIVS extulit,
Letheisne ſinas gurgitibus rapi?
Num ſpectacula celſius
Septem, Docte Philon, ingenio euehis?
Hic eſt Ingenij vigor,
Vt vita exanimis conciliet viam:
Hic eſt purpurei fauor
Herois, genio ſit vigor arduus.
Dum Natale ſolum viret
Vatis Mœonij, dum Ptolemaica.
Virtus ſanguine Martio
Surgens, lata Deûm fulget origine,
Vndas dum Chios aſperat,
Et dum Roma ſuis collibus eminet,
Auguſtus Capitolij
Dignum Dux titulis TE feret aureis.

Obſeruantiæ Monumentum

S.

Ioan. Rhodius.

EIDEM

EIDEM
D. LEONI ALLATIO.

ROMVLVS antiqua faciem ſi viderit Vrbis,
Rudera vix primo nouerit ipſe ſitu.
Hac fati vis eſt, rerum vt primordia finem
Accelerent, & quo tempore cepta ruant.
Sepè tamen vili non pauca ligone reſurgunt,
Aemula Natura, Dædaleæq; manus.
Hac veterum ſpirant virtutem, hac iura Quiritum
Enſe triumphantis parta cohortis habent.
At breuis illa aui, priſcisq; obiecta periclis,
Machina ni Primo ſtet benè fulta Duce.
Is varias Româ Doctorum ſparſa per oras
Aſſerit ingenio tot monumenta Virûm
Qui Tibi ſi tribuet, quod debet Virbius Orbi
Redditus, æterna luce beabit opus.

Obſeruantiæ Monumentum

S.

Ioan. Rhodius.

SYLLABVS EORVM, quorum opera, ſcriptiſuè vſi ſumus.

A

Albertus Baduarius.
Albertus Piccolus.
Aldus Manutius.
Alphonſus Carranza.
Alphõſus Epiſc. Comaclienſis.
Alphonſus Fernandez.
Andreas Argolus.
Andreas Baianus.
Andreas Mangellus.
Andreas Salazar.
Andreas Victorellus.
Angelus Grillus.
Angelus Rocca.
Annibal Campegius.
Antonius Bonciarius.
Antonius Brunus.
Antonius Cappellus.
Antonius Caracciolus.
Antonius Poſſeuinus.
Antonius Quærengus.
Antonius Rondonus.
Antonius Sanderus.
Antonius Sfortia.
Arnoldus Vionus.
Aſcanius Belmiſſerus.
Aſcanius Tamburinus.
Aubertus Miræus.
Auguſtinus Barboſa.
Auguſtinus Maſcardus.
Aurelius Palazzolus.

B

Baldus de Baldis.
Balthaſſar Bonifacius.
Bartholomæus Gauantus.
Bartholomæus Serenus.
Bartholomæus Tortolettus.
Bartholomæus Vecchius.
Benedictus Saluagus.
Bernardinus Stephonius.

C

Cæſar Baronius.
Carolus Stempelius.
Caſpar Geuartius.
Chriſtophorus Beſoldus.
Chriſtophorus Bronzinus.
Chriſtophorus Henriquez.
Chriſtophorus Memmolus.
Chriſtophorus Scheiner.
Claudius Forgetus.
Claudius Roberti.
Clemens Merlinus.
Clemens Rainerius.
Conſaluus Ceruantes.
Conſaluus Fernandes.
Conſtantinus Bellotus.

D

Dauid Camerarius.

Da-

Dauid Verbetius.
Dionyſius Petauius.
Dominicus Sala.

E

EMmanuel Romanus.
Erycius Puteanus.
Euſebius Cæſarienſis.

F

FAbius Columna.
Fabius Leonida.
Federicus Borromæus.
Felix Aſtolphus.
Felix Lopius Vega.
Ferdinandus Carolus.
Ferdinandus Vghellus.
Flauius de Pliſco.
Fortunius Licetus.
Franciſcus Auantius.
Franciſcus Biuarius.
Franciſcus Boluitus.
Franciſcus Lucidus.
Franciſcus Marinus.
Franciſcus Molinus.
Franciſcus de Petris.
Franciſcus Ripa.
Franciſcus Suarez.
Franciſcus Suuertius.
Franciſcus Valentinus.
Franciſcus à Valle.
Fulgentius Gemma.

G

GAbriel Coruus.
Gabriel Naudæus.
Gaſpar Scioppius.
Gaſpar de Simeonibus.
Georgius Conæus.
Georgius de Forti-ſcuto.
Georgius Gualterius.
Georgius Grepſius.
Gilbertus Ioninus.
Gottardus Vœgelinus.
Gregorius Portius.
Guido Patinus.
Guillelmus Colletet.
Gundiſaluus de Auila.

H

HElias Eingerus.
Hieronymus Aleander.
Hieronymus Nicellus.
Hieronymus Rodericus.
Hieronymus Rubeus.
Hilarius Altobellus.
Hippolytus Obijcius.

I

IAcobus Bidermannus.
Iacobus Gaffarellus.
Iacobus Gaufridus.
Iacobus G. etzerus.
Iacobus Philippus Camola.
Iacobus Philip. Thomaſinus.
Iacobus Pontanus.
Ianus Cæcilius Frey.
Ignatius Braccius.
Ioannes Argolus.
Ioannes Baptiſta Guarinus.
Ioannes Baptiſta Laurus.
Ioannes Baptiſta Marinus.
Io.Baptiſta Paſſerus Genua.
Ioannes Baptiſta Porta.
Ioannes Barclaius.
Ioannes Bourdelotius.
Ioannes Faber.
Ioannes Fráciſcus Ferentillus.
Ioãnes Hieronymus Sopranus.

Ioan-

Ioannes Lopez.
Ioannes Lorinus.
Ioannes Mariana.
Ioannes Meurſius.
Ioannes Michaël Pius.
IoannesMichaël Vim-Bodinus.
Ioannes Morinus.
Ioannes Pineda.
Ioannes Rhodius.
Ioannes Roberti.
Ioannes Ronconius.
Ioannes Salas.
Ioannes Seueranus.
Ioannes Thomas Giliolus.
Ioannes Thuillius.
Ioannes de Tollenaro.
Ioannes Tomcus.
Ioſephus Caſtalio.
Ioſephus Maria Suareſius.
Iulianus Viuianus.
Iulius Cæſar Capaccius.
Iulius Cæſar Lagalla.
Iulius Mazzarinus.
Iulius Strozzius.

L

LÆlius Guidiccionus.
Laurentius Pignorius.
Leo Allatius.
Lucas VVaddingus.
Ludouicus Lacerda.
Ludouicus Septalius.

M

MArcellus Iouanettus.
Marcus Antonius Scipio.
Marcus Aurelius Seuerinus.
Marcus Velſerus.
Martinus Bonacina.
Martinus Martinez.
Martinus Merſennus.
Martinus Sandellus.
Martorellus Luna.
Matthæus Raderus.
Matthæus Velſerus.
Mauritius Alzedo.
Maximilianus Sanderus.
Melchior Incofer.
Melchior Loterius.
Michaël Ghiſlerius.
Michaël Rò.

N

NIcolaus Riccardius.
Nicolaus Villanus.

O

OCtauius Caietanus.
Octauius Sapientia.
Odoardus Barboſa

P

PAganinus Gaudentius.
Patritius Fattorius.
Paulus Æmilius Santorius.
Paulus Bombinus.
Paulus Gualdus.
Paulus Gualterius.
Paulus Maurus.
Paulus Zacchias.
Petrus Bembus.
Petrus Caſtellus.
Petrus Franciſcus Paulius.
Petrus Gaſſendus.
Petrus Gualterus.
Petrus Ludouicus Epiſc.Tricar.
Petrus Saxius.
Philippus Cluuerius.
Philippus Hecſteterus.

Quin-

Q

QVintilianus.

R

REnatus Moræus.

Robertus Bellarminius.

Rodericus à Cunha.

S

SCipio Erricus.

Scipio Tolomæus.

Sebaſtianus Cæſar.

Sebaſtianus Foxius.

Sebaſtianus Tengnagelius.

Sigiſmundus Poloniæ Rex.

Silueſter Petra-Sancta.

Sorſanus.

Spiritus Aubertus.

Stephanus Bubalus.

Stephanus Gratianus.

Stephanus Rodericus Caſtrẽſis.

T

THeophilus Raynaldus.

Thomas Campanella.

Thomas Dempſterus.

Thomas Stilianus.

Thomas Thomaius de Vargas.

Torquatus Taſſus.

V

VAlerius Andreas.

Victor Pallu.

Vincentius Alſarius Crucius.

Vincentius Blaſcus de la Nuza.

Vincentius Gomeſius.

Vincentius Gramignus.

Virgilius Ceparius.

Volradus Pleſſeus.

Digitized by Google